

C. 185.

2

CAROLI DAVIDIS ILGENII

PHILOS. ET LL. OO. PROF. IN ACAD. IEN. P. O. ET
SOCIET. LAT. IEN. SOD. HON.

OPUSCULA

V A R I A

PHILOLOGICA


T O M I S E C U N D I

P A R S P R I O R.

ERFORDIAE

A F U D G U I L. H E N N I N G S.

1797.



VII.
ANIMADVERSIONES
HISTORICAE ET CRITICAE
IN
CICERONIS ORATIONEM
PRO ARCHIA POETA

АЛКОХОЛІСКА
НАДІЯ ТА ДОСІАННІ
ІЛЮСТАЦІЯ СІМІНІ
АЛЬБУМ

I.

Quod Heynius, Vir illustris, in Disquisitione
de carmine epico Virgiliano ait, paucos esse
adolescentium, quibus, vt in praceptoribus diu
detinerentur, expediret; quum pleraque, nisi
uno iam vel altero carmine diligenter perfecto,
vtilitatem haberent nullam, et, quae aliquam
haberent, ea talia essent, quae ab ingenio li-
beraliore, vbi unus aut alter poeta perfectus
esset, vel nemine monente, facile animaduer-
terentur; vanis autem et inanibus subtilitatibus
atque argutiis melius ista aetas careret; quum-
que omnis, quam praecepta praestarent, vti-
litas intra iudicium de aliorum ingeniorum mo-
numentis ferendum subsisteret, nec expectari
posset, vt, qui sui ingenii vires experturi es-
sent, ex illis multum proficerent: id vero ad
Rheticam, eiusque praecepta, quae vulgo
et traduntur in scholis, et tam necessaria esse
creduntur, vt, qui ea memoria non teneat,
ne versum quidem in Oratorum veterum prin-
cipibus putetur intelligere, transferri iure suo
potest. Quot enim sunt, qui, quum Orato-
riam attingerent, ex ipsis praeceptionibus se
paulo plus, quam ex bonis exemplis profecisse,
affirmare possint? Nonne, in quibus est aliqua
dicendi et scribendi ratio, ii omnes fateantur,
necesse

necessa est, exemplis veterum, Ciceronis in-
primis, vel priuato studio diligenter tractatis,
vel a magistro rei perito docte enarratis id se
debere magis, quam, qua pueri memoriam
onerarant, praeceptionum moli? At, ne arro-
gantes esse videamur, et, quod tot maximi
nominis homines ante nos vilissimum putarunt,
id illa vtilitatis opinione nostro nunc iudicio
velle priuare: plane nulli esse vsui huius artis
praecepta, nec nobis in animo est cuiquam
persuadere, nec alium fore quenquam, qui
ferio id agat, arbitramur. Primum enim, eos,
qui adolescentibus exempla oratorum, Cicero-
nis vel Demosthenis, explicare fuscipiunt, eo-
rumque interpretatione ad similem illos facul-
tatem adducere, a tali praeceptorum subtili-
tate instructos esse debere, vix est, quod con-
firmem. Quis enim existimet, praeceptorum
subtilitate desituto aut suppetere posse, quod
ad monendum de singulis rebus et causis apte
et cum fructu ad ingenia alenda, et ad elegan-
tiae veritatisque sensum in teneris animis ex-
citandum ac roborandum, conferat, aut facul-
tatem omnino esse, quae ipse sensu suo edo-
ctus apte, pulchre multoque studio scripta esse
sciuerit, quo lucent illa vero pulchritudinis
colore, eo vel capiendi animos, vel, capti si
fuerint, detinendi? Tum vero in ipsis etiam
adolescentibus esse, quibus talem praecipiendi
modum accuratius tenere multum profuerit,
negare nemo ausit. Nam si qui, aetate ac vi-
ribus proiectiores, ea gaudent linguae facul-
tate, ut sine interprete Ciceronis scripta intel-
ligant, et, si non omnes, quae extant, eius
orationes, eas certe, quas selectas vocant,
quo

quo par est, animo ac studio legerunt, iis sub-
 tiōra dicendi praecepta et tradi recte, ac
 iulto etiam commodius poterunt, quam si
 nullam orationem lectione attigerint, et, quum
 quasi in fundo bene praeparato residueant, ple-
 nissima fructuum erunt. Illud vero, ante pri-
 ma lectionis pericula longum praeceptorum
 ac monitorum agmen, ob insignem, quam per-
 cepturi inde essent adolescentes, vtilitatem,
 praemittendum esse, nunquam a me impetra-
 bo, quin, qua decet virum, libertate et con-
 stantia negem. His, qui incipiunt ad eam ra-
 tionem formari, interpretatione bona et inge-
 nio eorum attemperata consulendum; ad exem-
 pla sunt ducendi, ex quibus, quid rectum, ve-
 rum, pulchrumque sit, discant; vt ex fonti-
 bus, suo iudicio, suarum virium vsu, prae-
 cepta hauriant, quibus instructi ad similes se
 conatus transferant. At quum saepius acci-
 dat, vt aditus ad fontes sit paulo difficilior, et
 vt spinae eum circumseptum teneant, quae vel
 ducem deterreant, ne proprius alumnos addu-
 cat, vel, si adduxerit, hos impedian, ne plene
 sitim restinguant: sponte intelligitur, non leue
 esse interpretandi negotium; sed grauius etiam,
 quam vulgo solet aestimari. Neque vero is
 iam partes boni interpretis egisse censendus
 est, qui, quod superioribus seculis multos fa-
 citiasse constat, figuratas tantum annotat, meta-
 phoras et metonymias diligenter enumerat, syl-
 logismorum disiecta membra colligit, et, quasi
 praefixerit aliquid memorandum, si tale quid
 inuenierit, gallinarum instar, vermiculis inuen-
 tis, crocitat; at, si quid ex historia et antiqui-
 tatum cognitione illustrandum, aut si textus

corru-

corruptelae medicina adhibenda, vel tacet omnino, vel, parem si negotio se crediderit, talem se praestat, quem hospitem esse in his rebus facile intelligas. Multa alia sunt, et multo quidem grauiora, quae obseruanda habet is, qui boni interpretis nomen consequi voluerit; quae tamen omnia nec ita sunt abdita, ut inueniri a nemine possint, nec a nimium paucis ante nos explicita, ut nisi denuo ea inculcaremus, vereri deberemus, ne aut inaudita manerent cuiquam, aut in obliuionem abirent. Vnum illud, interpretem praeter alia Critices vsum probe tenere, et intima historiae et antiquitatum cognitione imbutum esse opertore, ut quum res obscuras illustrare, tum scripturae corruptelis medicinam facere possit, licet itidem multi monuerint, tamen nunc non possum non repetere. Quoties enim fit, ut in loca incidamus, quae scripturae prauitate laborant; quoties res occurrunt vetustatis rubigine per annalium memoriam obsitae, vel certis de causis consulto a scriptore obscurius prolatae. Quae cum vel docto interpreti, et omnibus praefidiis, quae necessaria sunt, instructo, negotium facellant, sudoremque exprimant, quid facturum tum imperitum censes et talibus praefidiis destitutum? Id vero quum in aliis Ciceronis orationibus (nam has in praesenti in primis ante oculos habeo), quae cum adolescentibus legi solent, fieri sciam, tum in ea, quae habita est pro Archia poeta, quaeque oblaudem humaniorum litterarum, et earum rerum copiam, quae adolescentiam maxime alunt, prima plerunque vice enarrari adolescentibus solet, accidere, interpretum et com-

commentatorum diuersae inter se de rebus obscuris testantur sententiae. Futurum igitur ratus, si, quod Manutii, Graeuii, Erneltii aliique iam diligenter tractarunt, denuo attigissem, vt ne aut arroganter secisse, aut actum egisse opus, aut, quidquid est operae, id omnino inutiliter collocasse iudicarer, faciendum putauit, vt me ad rerum obscurarum, quae lectionem orationis impediunt, illuſtrationem accingerem, videremque, num rebus primum, quas accurate nosse multum interest, lucem aliquam possim adspēgere; deinde lectioni, vbi laborat, open et salutem ferre.

II.

Iam primum constat, vt vel argumenta huius orationis a Manutio, Graeuio, et aliis editoribus praefixa docent, vel ex ipsius orationis lectione sine vlo negotio potest intelligi, A. Licinium Archiam, patria Antiochenum, quum poetica laude per omnes Asiae partes cunctamque Graeciam maxime floreret, et ab omnibus fere inferioris Italiae populis expeditus, primum a Tarentinis, Reginis, Locrensisibus, Neapolitanis, deinde, Romae vbi per tempus vixerat, ab Heracleensibus ciuitate donatus esset, in maxima apud principes populi Romani, in primis Metellos et Lucullos, fuisse gratia, consecutumque eorum opera, vt et Romana ciuitate donaretur. Satis longo intervallo extitit homo quidam malevolus, Gratius vel Gracchus nomine, qui poetae, Syro homini, hunc ciuitatis honorem et coniuncta cum

eo

eo beneficia inuidaret, et, ut dignitatem eius, vel gratiam, minueret, litem de ciuitate ex lege, quam Silanus et Carbo, tribuni plebis, tulerant, intenderet. Accusatori Cicero respondit; causam probauit; et dilutis omnibus, quae aduersarius protulerat, argumentis, commemoratisque beneficiis, quae vel ipse, vel alii, quibus summa esset cum Archia familiaritas, ei accepta ferrent, dignum esse ostendit, non modo, qui ciuitatem, quam iam optimo iure haberet, non amitteret, verum etiam, si non esset ciuis, in numerum ciuium adsciscendus esset. Haec ut sunt certissima, ita alia sunt de quibus magna est inter interpretes dissensio, quaeque, quum diligentiori lectori praeter eunda videri nequeant, accuratius examen subire, necesse est. Redeunt illa ad tria fere capita: primum, quo tempore acta sit Archiae causa et habita a Cicerone oratio; deinde, quando Archias ciuitatem petierit, et quamdiu ea fructus sit; denique, quo iure ac modo ciuitatem Romanam adeptus sit.

Post consulatum Ciceronis causam actam esse, et hunc, quum praceptorum suum defendenter, consularis viri dignitate fuisse conspicuum, id quidem ipsa declarat oratio (cap. 11.): *Nam, quas res nos in consulatu nostro vobiscum simul pro salute huius urbis atque in ieiui, et pro vita ciuium, proque vniuersa republica gessimus, attigit hic veribus atque inchoauit;* et (cap. 6.): *Nam, nisi multorum praceptoris, multisque litteris mihi ab adolescentia sua sisse, nihil esse in vita magnopere expetendum, nisi laudem*

dem atque honestatem: — nunquam me
 pro salute vestra in tot ac tantas dimicatio-
 nes, atque in hos profligatorum hominum
 quotidianos impetus obiecisse; quibuscum
 conferri merentur, quae cap. 12. circa fin.
 eadem de re orator repetit. Sed quo post
 consulatum anno? Manutius putat D. Junio
 Silano et L. Licinio Murena Coss. hoc esset,
 proximo post consulatum anno, nimirum a.
 V. C. Varr. 692. et colligit illud ex cap. 5. vbi
 haec leguntur: *est enim obscurum proximis
 censoribus hunc cum clarissimo imperatore
 L. Lucullo, apud exercitum suisse.* Lucullus
 autem cum exercitu et imperio in Asia fuit
 ab a. V. C. 681. vsque ad 687. vbi M'. Acilio
 Glabroni, qui cum C. Calpurnio Pifone Frugi
 consul erat, vel, quia hic, auditis Luculli in-
 iuriis, ad exercitum non venerat, Pompeio
 imperium cogebatur concedere (v. Plutarch.
 Lucull. T. I. p. 514. seq.); necesse igitur est,
 vt proximi illi censores, quibus magistratu suo
 fungentibus Archias cum Lucullo imperatore
 fuerit, sint L. Gellius Publicola et Cn. Cornelius
 Lentulus Clodianus, qui a. V. C. 684. M.
 Licinio Crassus et Cn. Pompeio Magno Coss. lus-
 trum LXVIII. fecerunt. Nam propiores illis,
 scilicet Q. Lutatium Catulum et M. Licinium
 Crassum, qui L. Aurelio Cotta et L. Manlio
 Torquato Coss. a. 689. creati; aut L. Aurelium
 Cottam cum Q. Caecilio Metello Pio, qui a.
 690. L. Iulio Caesare et C. Marcio Figulo Coss.
 h. e. proximo ante Ciceronis consulatum, in-
 telligere ea de causa non licet, quod lustrum
 his censoribus conditum non fuit: mortuo
 enim Metello Pio, vt ex Dione constat, Cotta
 abdicare

abdicare munere coactus est, et qui superiori anno creati fuerant, quum de danda Transpadanis populis ciuitate inter se contenderent, non modo nihil aliud egerunt, sed etiam magistratu abdicarunt (v. Onuphr. ad Fast. Capitol. p. m. 160.). Accedit, quod, etiamsi aut Cotta cum Metello, aut Catulus cum Crasso lustrum fecissent, tamen hi censores ad Archiam ita non possent commode referri, vt censuram iis gerentibus, cum Lucullo imperatore in Asia fuisse, quum iam a. V. C. 688. Romam reuersus sit; quare, eum aut Romae eo tempore, aut alibi, quam in Asia cum Lucullo versatum, necesse esset. Sin igitur oratio post consulatum habita est, et ante censure, qui post eum fuerunt, P. Seruilius Vatianus Ilauricum et Mam. Aemilium Lepidum Livanum, qui a V. C. 693. M. Pupio Pisone et M. Valerio Messala Nigro Coss. magistratu fungentes lustrum LXIX. condiderunt, quosque si eorum anno habita esset, dicere videtur debuisse proximos: sequitur, vt in an. 692. h. e. in Silani et Murenae consulatum incidat. Verum huic Manutii sententiae, quam paulo latius exposui, est, nec leue illud, quod possit opponi, quodque, si non conuellere eam, certe labefactare videatur. In loco, quem iam alia de causa adduxi (c. 11.) dicit Cicero: *Res, quas nos in consulatu nostro — gessimus, attigit hic versibus atque inchoauit; quibus auditis, quod mihi magna res atque iucunda viza est, hunc ad perficiendum hortatus sum.* Quibus repugnare videntur, quae ad Atticum lib. I. ep. 16. Pisone et Messala Coss. hoc est a. 693. scribit: *Epigrammatis tuis,*
quae

quae in Amaltheo posuisti, contenti erimus;
 praesertim quum et Chilius nos reliquerit,
 et Archias nihil de me scripserit; ac vereor,
 ne, Lucullis quoniam Gracum poema con-
 didit, nunc ad Caecilianam fabulam spe-
 ciet. Haec quomodo inter se conciliari pos-
 sunt? Num deceptus est Cicero ab Archia,
 quum eum defendendum fusciperet; et hic, vbi
 se absolutum videret, promissioni antea factae
 non stetit, et opus inchoatum abiecit? Non
 putem. Haud dubio id Attico indicasset, et
 grauius de ingrato hominis animo, beneficio-
 rumque parum memori, conquestus esset, si
 acta iam tum causa eius fuisset. Quid igitur?
 Placetne cum Corrado (Quaest. p. 260. Ern.)
 statuere, Archiae causam in sequentem annum
 incidere, vt dicta sit oratio a. 694. consulibus
 Q. Caecilio Metello Celere et L. Afranio? Hic
 quidem nodus praeclare solutus esset: etenim
 eo ipso tempore, quo Cicero haec ad Atticum
 scripserat, vel paulo post, Archias res Cicero-
 nis versibus celebrare coepisset, vt, quum lis
 de ciuitate mota esset, inchoatum opus iam es-
 set, et tantum non perfectum. At quid pro-
 ximis censoribus (c. 5.) faciendum? Essent
 illi necessario P. Seruilius Vatia Isauricus, et
 Mam. Aemilius Lepidus Liuianus a. 693., quo
 quidem anno quuni nec Archias cum Lucullo
 imperatore in Asia esse potuerit, quod tamen
 patronus eius l. c. diserte affirmat, tum nec
 illud locum haberet, vt inter eos atque Iulium
 et Crassum, quorum eodem loco mentio fit,
 quorumque magistratus ad a. 665. pertinet,
 vna tantum censura, qua poeta cum Quae-
 store Lucullo in Asia fuisset, intercederet.

Quare.

Quare, si non tertia superesset ratio, qua res expediri posset, omnino praeferendam putarem Manutii sententiam, dicendumque, vel Archiam, quum Ciceroni laudes eius inchoatas ostenderet, non serio egisse, sed ut in tutelam sui eum pertraheret, vana ista spe lactandum putasse, vel Ciceronem, qui iam dudum consecutus erat, ut in commemorandis iis, quae ad laudem suam vel augendam vel illustrandam facerent, non erubesceret, non Archiae magis, quam sui ipsius causa illud confinxisse. Verum restare adhuc mihi quidem videtur via, qua res repugnantes componainus.

Habita est oratio a. 693. M. Pupio Pisone et M. Valerio Messala Nigro Coll. hoc est, post consulatum secundo, quo censuram gesserunt P. Seruilius Vatia et Mam. Aemilius Lepidus: nam censors eo anno creatos esse, ipse Cicero non sinit dubitare, qui scribit hoc anno Nonis Decemb. ad Atticum (I, 17.) *Afiani*, qui de censoribus conduxerant, questi sunt in senatu, se cupiditate prolapsos, nimium magno conduxisse. Hanc sententiam defendit Fabricius in Vit. Cicer. p. m. 168 seq. quamuis minus validis argumentis. Eodem igitur anno causa Archiae acta est, quo scripta ad Atticum illa, ex qua locum adduxi, epistola, sed paulo serius. Epistola post Idus Maii scripta est: narrat enim, vbi Idibus Maii in Senatum venisset, quae ibi acta essent; et, quia comitia in ante diem VI. Cal. Sext. dilata esse dicit, quae tum, quum scribebat epistolam, nondum fuerant, ante Calendas istas scriptam, certum est. Quare ita statuo. Gratius vel Gracchus, quum census tempus appropinquare, et iam instare vide-
ret,

ret, ut odium, quod in Archiam, a nobilissi-
mis hominibus tantopere honoratum, conce-
perat, tandem aliquo modo expleret, nactum
le ratus opportunissimam occasionem, tum po-
tissimum reum eum fecit ex Silani et Carbonis
lege, ut, si ciues censerentur, hunc a ciuium
numero videret segregari. Archias eti^m alios
complures haberet amicos, qui eum potuissent
defendere, tamen a Cicerone, discipulo olim
docili, nunc amico eloquentiae laude floren-
tissimo, quam ab illis, defendi maluit; quod
ut eo facilius consequeretur, laudes rerum ab
eo in consulatu gestarum, quarum sine dubio
spem roganti fecerat, inchoavit et partem ab-
soluit. Sed video, quo minus quis ita esse
sibi persuadeat, impedimento esse posse, quod,
quum in hunc annum censores iam creati es-
sent, qui a. 684. lustrum condiderunt, non
recte dicerentur *proximi*. At enim illo loco,
vbi censores Cicero commemorat, de iis loqui-
tur, qui perfuncti censura erant et ciuium no-
mina in tabulas retulerant; quapropter, eti^m
creati iam erant qui mox nouum censum age-
rent, tamen, quia defuncti officio suo non
dandum erant, eos, qui erant defuncti, proximos
dicere debuit. Idque factum esse, eo magis
est verisimile, quod hoc anno, quo censores
creati erant, nescio quibus de causis census
non est actus, sed in proximum dilatus: nam
scribit Cicero Cal. Febr. Q. Metello et L. Afra-
nio Coll. h. e. an. 694. ad Atticum (I, 18.):
*Revise nos aliquando; et quamquam sunt
haec fugienda, quo te voco; tamen fac,
ut amorem nostrum tanti aestimes, ut eo
vel cum his molestius perfrui velis.* Nam,

ne

ne absens censeare, curabo edicendum et proponendum locis omnibus. Sub lustrum autem censeri, germani negotiatoris est. Quare cura, vt te quamprimum videamus. Maneat igitur illud, a. 693. Pisone et Messala Coss. pro Archia Ciceronem dixisse; et, si Archias, quum Romanam venisset, XVI. annos natus erat, vt suspicari licet ex cap. 3. vbi praetextatus a Lucullis domum receptus fuisse dicitur, incidit illud in annum ae atis eius LVII. quo Cicero XLVI. aetatis annum agebat.

III.

Ad alteram quaestionem transeo: quo tempore Archias ciuitatem Romae petierit, et quamdiu ea fructus sit. Ante a. 665. ciuem eum Romanum factum, illud non sinit dubitare, quod Cicero, aduersarii objectionem, Archiae nomen in censorum tabulis non extare, refutans, dicit (c. 5.): *est enim obscurum — primis (censoribus), Iulio et Crasso, nullam populi partem esse censam.* Iam vero L. Iulius Caelar et P. Licinius Crassus censoram gesserunt Cn. Pompeo Strabone et L. Porcio Catone Coss. a. 665., vnde illud sequitur, vt Archias, si census fuissest populus, in tabulis censorum legi potuisset, et vt ciuis vel eodem anno, vel ante factus sit. Satis tamen certum, eodem eum anno ciuitatem adeptum esse, quum lege adeptus sit Plautia Papiria, a M. Plautio Silano et C. Papirio Carbone Tribb. Pl. a. 665. h. e. altero belli Italici, lata, qua cautum erat, *vt qui foederatis ciuitatibus adscripti*

*scripti essent, et, quum haec lex ferretur,
in Italia domicilium haberent, si LX. die-
bus apud Praetorem nomen professi essent,
ii ciues Romani optimo iure essent. Vis hu-
ius legis, vt ex formula eius intelligitur, vltra
LX. dies non extendebat; vt, qui eius be-
neficio in ciuitate Romana adscribi volebant,
intra hoc temporis spatium a lata lege nomen
apud praetorem profiteri deberent. Archias
professus eo tempore est, vt Cicero dicit (c. 4.),
apud Q. Metellum Pium, quod et foederatae
ciuitati iam adscriptus erat, et multos annos,
et sic tum, quum lex ferebatur, domicilium
Romae habebat, vt ei verendum non esset,
ne repulsam ferret. Itaque nescio, quod Hey-
nius de Institutis et legibus Heracleensium
(Opusc. II. p. 244. not.) ex loco hoc Cicero-
nis contra Mazochium (in Comment. in Tab.
Heracl.) contendit, ne Cicerone quidem con-
sule, a 691. Heracleenses fundos legi seu lu-
liae seu Plotiae factos, quia Archias eo anno
ex lege Plotia, quod Heracleae tanquam ciui-
tati foederatae adscriptus erat, ciuitatem Ro-
manam petiisset, mirumque fuisset, eum, qui
Heracleensis ciuis esset, Romae ciuitatem pe-
tere, qua, si fundus facta esset Heracleensium
ciuitas, eo ipso iam frui potuisset, num παρ-
εργατα sit summi viri, an rationes fecutus sit,
quas ego non satis exploratas aut explicatas
habeo. Nam praeter illud, quod acculator ad
censum a. 665. prouocat, quem Cicero docet
eo anno ad populum Romanum non per-
tinuisse, vnde ciuem eo tempore Archiam fuisse
recte colligitur; et quod carmen legis, ex quo
illam non in perpetuum, sed tantum ad LX.*

Tom. II.

B

dierum

dierum spatium valere debuisse cognoscimus, ciuitatis petitionem Archiae intra eiusdem anni fines concludit; non negligi debet, quod Cicero eum apud Q. Metellum praetorem, familiarissimum suum professum perhibet (c. 4.); quem quidem non Celerem sive praetorem Cicerone Cos. a 691. (v. Catil. I. 8. Sull. 23.) nec eum, qui biennium consul fuit a. 685. et 686. cum Q. Hortensio et Q. Marcio Rege, et, rebus in Creta bene gestis, vnde Cretici nomen obtinuerat, in consulatu mortuus est, quod arbitratur Manutius; sed Pium, Numidici filium, qui, vt supra dictum est, a. 690. ante Ciceronem consulem, censor mortuus est, ex cap. 10. circa fin. certum est. Quae quum ita sint, non potest esse obscurum, Archiam inde ab anno 665. vsque ad a. 693. in numero ciuium Romanorum esse versatum, et XXVIII. annos se pro ciue gefisse. Maior est obscuritas, si decernere velimus, quo anno Archias Heraclae in ciuium numerum receptus sit. Cicero iusto breuius in narratione (c. 4.) rem tractat: nihil enim amplius commemorat, quam eum, quum esset cum L. Lucullo in Siciliam prefectus, et quum ex ea prouincia cum eodem Lucullo decessisset, venisse Heracleam; quam ciuitatem quum vidisset aequissimo iure esse ac foedere, adscribi se in eam voluisse, illudque quum per se, tum auctoritate Luculli imprestrasse. Sed quale illud Luculli iter in Siciliam? Franciscus Sylvius (in Oporini Corpore comment. in Cic. Oratt. omnes, Baf. 1553. p. 1113.) ita scribit: *L. Lucullus quaestor Asiam, praetor Siciliam, consul Asiam obtinuit; cum eo in has prouincias Archias prefectus est.*

L. A.

I. A. Otto (ed. Select. Oratt.): *cui prouinciae
Lucullus praefuit proconsulari imperio.* Ri-
sum tenieatis amici! L. Lucullus, qui consul
fuit a. 680. et ab anno 681. vsque ad a. 687.
in Asia cum Mithradate bellum gessit, Siciliae
imperio proconsulari praefuerit! Verum et alia
noua et inaudita in ista notarum farragine di-
scere licet; v. c. Heracleam Siciliae oppidum
et finum Tarentinum eiusdem insulae esse.
Alias editiones meliorem habere lectionem, *Ci-
liciam pro Siciliam*, nec Otto animaduertit,
nec, quod sane mireris, qui solpitar Ciceroni
salutatur, Ernestius; quasi nihil intersit, in
Siciliam profectus sit Lucullus cum Archia, an
in Ciliciam. Quid Ernestius statuerit de isto
itinere, quem silentio omnia transeat, equi-
dem dicere non habeo; fortasse in ea fuit op-
pinione, vt Lucullum animi et voluptatis causa
in insulam illam cum Archia profectum puta-
ret, eaque de causa Graeuui auctoritati id tri-
buit, vt lectionem, ab eo receptam seruaret.
Illud quidem certo certius esse existimo, quod
Syllius dicit, Lucullum praetorem Siciliam
obtinuisse, id merum ligamentum esse nec ul-
lius veterum fide et auctoritate nisi: ex Cice-
rone enim (Acad. IV, 1.) et Aurelio Vict.
(de V. Illustr. c. 74.) constat, Africae eum
pro praetore praefuisse. Quod quo anno fue-
rit, ex ll. cc. et Plinio H. N. VII, 7. satis cer-
to demonstrari potest. Plinius l. c. dicit: *Ro-
mae pugnasse (Elephantos) Feneſtella tra-
dit primum omnium in Circo, Claudii Pul-
chri, Aedilitate Curuli, M. Antonio A.
Postumio Coss. a. V. 655.* Item post an-
nos XX. *Lucullorum aedilitate Curuli, ad-*

versus tauros. Incidit ergo aedilitas Lucullorum et Lucii et Marci in a. V. C. 675. et consulatum P. Seruili Vatiae Isaurici et Ap. Claudii Pulchri; quam magnificentissimam fuisse, Tullius testis est Offic. II, 16. Idem vero auctor est Acad. IV, 1. eum, vbi ab lens (Quaestor Sullae in Asia ab a. V. 667. vsque ad a. 674.) aedilis factus esset, *continuo* praetoris dignitatem consecutum (licuisse enim celerius legis praemio); post in Africam profectum; sequitur ergo, ut praetor fuerit a. 676. Africam autem pro praetore a. 677. rexerit. Ex quo igitur Lucullus Sullae, bellum Marsicum conficiens (a. 666.), deinde ad bellum Mithradaticum prolecto (a. 667.), quaestor adfuit (vsque ad a. 674.); tum aedilitate, praeitura et propraetoria potestate in Africa defunctus, gesto an. 680. consulatu, per septem annos in Asia commoratus est, et rebus maximis gestis a. 688. in Italiam rediit, de itinere in Siciliam non cogitandum; atque etiam si priuatum eum iter instituisse arbitrari vellemus a. 678. et 679. qui anni praeturam in Africa et consulatum interueniunt, tamen nemo crediderit, Archiam eo tempore Heracleae adscriptum, quippe qui ante legem Plautiam Papiriam a. 665. latam, et veniam Romanae ciuitatis ultra eius anni fines non extendentem, et ante censores Iulium et Crassum, eodem anno magistratum gerentes, in ciuitatem illam adscribi debuerit. Eadem vero causa est, cur, si *Ciliciam* legamus, non possum cum Manutio ad h. l. statuere, illud Luculli in eam provinciam iter idem esse, quod post consulatum imperator a. 681. eo suscepit. Res exigit,

vt

ut Lucullus non modo in Ciliciam, sed etiam ante quaesturam, atque adeo ante a. 665. quo lata est lex Carbonis et Silani, proiectus sit, et ut ad minimum a. 664. redux, ut Heracleenses Archiam ciuitate donarent, auctoritate sua efficerit. Cuiusmodi de itinere quum nec Plutarchus in vita Luculli, nec Cicero Acad. IV, 1. vbi strictim res eius persequitur, quidquam habeant, nec alibi quidquam me legere meminerim, liceat mihi paulo esse liberiori, et coniectio indulgere. Quum constet, cum Sulla intercessisse Lucullo necessitudinem et familiaritatem, eam quidem, ut ille hunc non modo rebus gerendis arduis et grauissimis adhiberet, sed etiam, Plutarcho teste, commentarius rerum suarum, vt pote melius historiam condituro, ei inscriberet: quidni ad primam adolescentiam, vbi ingenii eius praestantia maxime enitebat, et vbi iam cerni poterat, qualis aliquando iudicandus esset, initia huius necessitudinis referamus. Iam vero Sulla, vbi quaestor C. Marii I. Cos. (a. 647.), deinde eiusdem Marii II. Cos. (a. 650.) legatus, et eodem Mario III. Cos. (a. 651.) tribunus militum fuerat, et, quum videret, se ob rerum gestarum gloriam Mario inquisum esse, collegae Marii, Q. Lutatio Catulo (a. 652.) se adiunxerat, omnibus militaribus officiis defunctus, aedilis Romae fieri noluit, sed consecutus est, ut a. 662. praetor esset. Ex praetura in Cappadociam et adiectam Ciliciam (v. Aurel. Vict. V. Illustr. 75. vbi eandem varietatem, quam in Ciceronis loco, inter Siciliam et Ciliciam notatam deprehendas in Edit. Lugd. 1670.) a Senatu missus (a. 663.) eo praet-

praetextu, vt Ariobarzanem, Cappadociae regem, amicum et locum P. R. a Mithradate regno expulsum, reduceret, re autem, vt Mithradatem, nous rebus studentem, et regni sui dominationem nimio plus augentem, quam satis tutum esset accolis, reprimeret ac coerceret. Quo quum Sulla paucas copias duxisset, tamen sociorum auxilio, multis Cappadocum Armeniorumque, qui illos adiuvabant, caesis, et Gordio ac filio Mithradatis expulso (Iustin. XXXVIII, 1.), Ariobarzanem regem constituit (vid. Appian. Mithrad. p. 176. et 208. Plutarch Sull. p. 453. Dio Cass. T. I, p. 72. Reim. Liui Epit. LXX.). Bello Italico ab a. 664. vsque ad a. 666. varia fortuna et magnis cladibus ab utraque parte acceptis gesto, Cn. Pompeio Strabone et L. Porcio Catone Coss. a. 665. legatus, praetoriae dignitatis vir, strenue rem gessit, variosque populos, vt Samnites et Hirpinos, domuit, alias in fidem recepit (v. Liui Epit. LXXV. et Plutarch. I. c.). Romanus inde reuersus, quum rerum gestarum gloria eum praeiuisset, consul cum Q. Pompeio Rufo creatus est annos natus L. in quo consulatu (a. 666.) Italici belli reliquias confecit; anno vero sequente (667.) Lucullo praemisso, qui sibi Alexandriae regem conciliaret, et classem in Aegypto et per Aliae ciuitates congeret, in Graeciam, ad bellum Mithradaticum primum, profectus est. Contemplantibus hanc breuem rerum a Sulla vsque ad consulatum gestarum delineationem, cogitantibusque, quo casu Lucullus ante a. 665. in Ciliciam delatus, et inde reuersus esse potuerit, nihil veri videtur esse similius, quam adolescentem eum, ingenio

genio claritatem aliquam adeptum, contubernalem Sullae, pro praetore in Ciliciam profecto, fuisse, eaque maxime de causa cum eo iuisse, ut militiae et aliarum rerum gerendarum rudimenta disceret. Erat enim haec optima apud Romanos adolescentium, qui aliquando rempublicam administrare volebant, disciplina, ut apud claros viros, vel in urbe, vel in provinciis magistratum gerentes, in contubernio viuerent. Sic M. Caelius Q. Pompeio, proconsuli in Africa contubernalis fuit (p. Cael. 30.); Cn. Plancius A. Torquato in eadem provincia, et postea in Creta Saturnino (p. Planc. 11.); L. Torquatus Ciceroni consuli et praetori (p. Sull. 12.); L. Gellius C. Carboni consuli (Brut. 27.); Thermo, praetori in Asia, C. Julius Caesar (Suet. Caes. 2.); Clodius, famosus ille tribunus pl. L. Lucullo in Asia (v. Plut. Lucull. p. 515.); Ciceroni etiam in Asia fuerunt contubernales, ut intelligimus ex iis, quae ad Rufum scribit (Famil. Ep. V, 20.): *Scito a me et tribunos militares et praefectos et contubernales duntaxat meos delatos esse.* Obiucci posset huic coniecturae meae, Ciceronem Acad. IV, 1. tunc non debuisse scribere: *Post Mithradaticum bellum missus a Senatu, non modo opinionem vicit omnium, quae de virtute eius erat, sed etiam gloriam superiorum. Idque eo fuit mirabilius, quod ab eo laus imperatoria non admodum exspectabatur, qui adolescentiam in forensi opera, quaesturae diuturnum tempus, Murena bellum in Ponto gerente, in Asiae pace consumserat. Sed incredibilis quedam ingenii magnitudo non desiderauit in docilem*

docilem vſus disciplinam: nam, si Lucullus cum Sulla fuisset, habuisse eum vſus disciplinam. At meminisse debemus, breue illud temporis spatium, quo tunc in Asia commoratus est, non fatis fuisse ad ingenium eius ampla rerum bellicarum et ciuilium cognitione excolendum; ei praefertim, quem mansuetiores Musae deuinctum tenebant, et qui Archiam, quocum longe alia agere licebat, sodalem secum habebat et amicun; vt, licet in summi praetoris et clarissimi ducis contubernio vixerit, tamen mirum non sit, eum rei militaris imperitum manuisse. In reliquis omnia se recte habent. Discessus Sullae ex prouincia cadit in an. V. C. 664. Nam, vt Plutarchus narrat (Sull. p. 454.), Romae quum esset, ob imagines a Bocco in Capitolo collocatas, in quibus erat aureus Iugurtha Sullae traditus, discordia inter Sullam et Marium excanduit; quae res quum seditionem spectare videretur, quod vterque suos et potentes habebat alleclas, eam bellum sociale, iam diu gliscens, sed eo anno exardens, consopiuit; ex quo, eum a. 664. h. e. primo belli socialis anno rediisse, certum est. Eodem vero anno quum Lucullum etiam, postquam ex Cilicia cum Sulla discesserat, Romanum venisse, probabile sit; accidere facile potuit, vt in itinere Heracleam delatus, Archiam, in ciuitatem illam adscribi cupientem, gratia sua adiuuerit. Factus igitur est Archias ciuis Heracleensis L. Iulio Caesare et P. Rutilio Lupo Coss. a. 664, quod non solum ex eo clarum, quod, quum a. 665. Romae ciuitatem, vt dictum est, petierit, ante illud tempus, certe a. 664. Heracleae factus esse

esse debuit; verum etiam, quod Cicero, adversario tabulas Heracleenium desideranti, quibus Archiam Heracleae ciuibus adscriptum probari posset, respondet (c. 4.), omnes scire, eas Italico bello, incenso tabulario, interisse; qui vel unus locus monere potuisse homines doctos, ne, si de Lucullo decernendum esset, cuius auctoritate et gratia Archias ciuis Heracleensis factus est, et in tabulas Heracleenium, vbi ciuium nomina legebantur, relatus, quoniam hae tabulae Italico bello, ab a. 664. ad 666. gesto, dicuntur interisse, de praetore Lucullo Africam, vel, ut fingunt, Siciliam, a. 677. regente, et 678. Romam reuerso, aut proconsule in Asia ab a. 681. ad a. 687. cogitarent. Vnum restat, quod, si non euertere, quod iam adstruxi, tamen efficere possit, ut dubitationis aliquid in animo resideat; scilicet, quod dicit orator (c. 4.), Archiam, ut in civitatem Heracleae adscriberetur, impetrasse, quem ipse per se dignus putaretur, tum *auctoritate et gratia* Luculli. Nam quaeri potest, unde Lucullo, adolescenti admodum ea tempore, neque rerum gestarum magnitudine atque splendore claro, tanta fuerit apud Heracleenses auctoritas. Etsi enim *gratia* in ea aetate valere potuerit, quae adolescentibus et iuuentuti saepius a Romanis scriptoribus tribuitur (v. c. Famil. II. 6.), et, quoniam ad populum magis, quam ad principes pertinebat, recte tribui potest; tamen non item potuit auctoritate, quae, quem existimatio sit rebus egregiis, in quibus grauitas et consilium enituerit, comparata, nisi in viris magnis et illustribus, locum habere nequit. Quare etiam Cicero,

Cicero, quum ad Ampium scribit (Famil. IV, 12.), diserte hanc ab illa distinguit: *Principem tamen habuimus Panjam, tui studio-*
sissimum, mei cupidum; qui valeret apud
illum non minus auctoritate, quam gratia.
 At vero sciendum est, non vsque eo curiosos
 esse circa verborum delectum oratores, vt non
 interdum paulo laxiori significatione vocabula
 adhibeant, aut, quae de feriori viri alicuius
 nobilissimi vita verillime dicta fuissent, ad iu-
 veniles annos, vbi spes maior, quam fides,
 erat, quasi repraesentatione veri contenti,
 transferre audeant; praelertim si vident, se
 vel pondus argumentis addere ea re posse, vel
 fidem maiorem sibi amicisque conciliare, vel
 gratiam alicuius auncupari. Idem illud Cice-
 ronem fecisse, negari vix poterit; etenim, quum
 ea fuerit cum Lucullo, eiusque locero, Q.
 Seruilio Caepione, familiaritate coniunctus, vt
 ei Lucullum filium et parens et auis testamen-
 to commendaret (de Fin. III, 2. Attic. XIII,
 6.); quumque ipse Lucullum secum et amici-
 tia et omni voluntate, sententiaque coniunctum
 vocet (de Fin. I. c. coll. Plutarch. Lu-
 cull. circ. fin.), tantique fecerit, vt Academ-
 icarum quaestionum librum nomine eius in-
 scriperit: cui non videatur fieri potuisse, vt
 illo praesente (nam aderat, vt ex verbis cap.
 4. intelligitur: *adest vir summa auctoritate*
et religione et sive L. Lucullus), ad gratiam
 istam verborum accommodaret industriam, et,
 dum adolescentiae spem cum auctoritate viri
 consularis permutaret, mutuo amori plusculum
 etiam, quam concederet veritas, largiretur.
 Neque tamen hoc dixerim, Lucullum, quam-
 vis

vis adolescentem, omnino auctoritate caruisse.
 Nam, quod, sumta toga virili, priusquam rem-
 publicam attingeret, vllamue ambiret dignita-
 tem, Seruillum Augurem, qui patrem eius re-
 petundarum reum fecerat, vlciscendi gratia,
 cum fratre, pari pietate et industria praedito
 accusauit, et paternas inimicitias persecutus
 est, ea re tantam iniit ab omnibus gratiam,
 quum praeclarum illud factum existimaretur,
 et omnium ore ferretur, vt, quo deinde etiam
 tum adolescentis quum apud Romanos, tum
 apud Socios tantum valebat, incertum videri
 possit, gratia dicendum sit magis, an auctori-
 tas. Fortasse Sullae etiam auctoritas, quum
 eius viri amicus et contubernialis esset, effecta
 vt ad gratiam, qua per se celebrabatur nobilis-
 simus adolescentis, auctoritatis aliquid accede-
 ret. Quidquid sit, hoc certum est, Ciceronem
 sine pudore dicere potuisse, Archiam, vt He-
 racleae ciuis factus esset, Luculli auctoritate
 impetrasse,

IV.

Quod tertio loco querendum statueram,
 quo iure ac modo ciuis Romanus factus sit poe-
 ta, id eo facilius profligari licebit, quo minus
 ex iis, quae iam disputata sunt, fieri potest,
 vt magna superfit eius rei obscuritas. Omnia
 fere ex belli Italici vel Marsici historia expla-
 nanda. Constat causas huius belli fuisse spem
 ciuitatis Romanae et iuris suffragiorum, quam
 Ti. Gracchus, trib. pl. (a. 621.) iam ostende-
 rat (Vellei. Pat. II, 2.); M. Fulvius Flaccus
 Cos. (a. 629.), latis de ciuitate sociis danda,
 quibus

quibus agri dari non possent, legibus, quibus
hi palam ad ciuitatem petendani concitabantur,
nutriuerat; et Caius Gracchus, vehementioris
ingenii, quam frater Tiberius, trib. pl.
(a. 631.) confirmauerat, caedibus horum La-
tini et Italici nominis patronorum erectam.
Nam, facta Aesculanorum et Fregellanorum
coniuratione, quam tamen, antequam consilia
maturuissent, L. Opimius praetor oppres-
serat, anno 659. lege Licinia Mucia a L. Lici-
nio Crasso et Q. Mucio Scaevola lata de ciui-
tate, *ne quis sit pro crite, qui non sit ciuis.*
(Cic. offic. III, 11.), vel *de ciuibus regun-
dis* (v. Cornel. I. Fragm. p. 1045. Ern.), qua,
qui Romae se pro ciuibus gererent, nec ciues
essent, in suas ciuitates remitterentur, magis
etiam, quam antea, exasperati sociorum ani-
mi, et si, ne praecipitatis viderentur agere con-
siliis, impetum per aliquot annos represserant;
tamen M. Liuio Druso trib. pl. a. 663. qui le-
gem de ciuitate cum sociis Latini nominis Ita-
licisque populis communicanda se iaturum pro-
miserat, domi suae a Q. Vario confosso (v. Cic.
p. Mil, 7, de Nat. D. III, 33.), approperanti-
busque consilia eorum Drusi inimicis, quorum
impotentia et libidine factum, vt senatus vno
versiculo omnes eius leges tollendas decerne-
ret, lataque sub eiusdem anni exitum impro-
bissima a Drusi percussore, Q. Vario Hybrida,
trib. pl. lege de maiestate, qua quaestio ha-
benda esset de iis, quorum opera consilione
focii contra populum Rom. arma sumissent,
tantas irarum conceperunt flammas, legatio-
ue praeferit sua Romae contemtim accepta, vt
nihil ad restinguendas et discutiendas eas va-
leret.

leret. Omnes populi a Liri (*Gariglione*) vsque ad sinum Adriaticum, Marsi, Peligni, Picentes, Marrucini, Lucani, Samnites, constituta noua Republ., cuius caput erat Corfinium (hodie *St. Pelino*), Italica dicta, senatusque lecto D. virorum, et consulibus binis et XII. praetoribus in annum creatis, coniuarunt, exercitum coegerunt, paratisque omnibus, quae essent necessaria, quam viderent, se Romanis paratiiores ad bellum esse, occiso Asculi in ipsa ludorum frequentia Q. Seruilio, proconsule, eiusque legato, Fonteio, cruentissimum bellum a. 664. auspicati sunt. Aduerso deinde Marte pugnantibus Romanis, quem consul P. Rutilius Lupus, clade accepta, ex vulnera decepsisset, alter vero consul L. Iulius Caesar, aegre fuga elapsus esset, Etrulci etiam et Vmbri, qui in fide adhuc permanerant, ad sociorum partes defecerunt. Senatus, metuens, ne tanta belli mole opprimeretur, L. Iulium Cos. ad exit. a. 664. legem ferre iussit, qua *iis populis, qui ad eum diem iura foederis sancta habuissent, si fundi legi fierent, civitas Romana daretur.* Qua lege quam veteres socii, qui in fide manferant, arctius Romanis devincti essent, et, qui deseruerant, ad similem spem erecti, minus crudele bellum esse coepit. Hanc legem Iuliam, quem multi populi fundi fieri nollent, metuente senatu, ne vehementius belli flammæ erumperent, et fugesta hinc illinc materia, nouas in dies vires caperent, secuta est a. 665. Plautia Papiria, qua cautum erat, *ut, qui foederatis civitatibus adscripti essent, et tum, quum haec lex ferebatur, in Italia domicilium haberent.*

rent, si LX. diebus apud praetorem nomen essent professi, ciues Romani optimo iure fierent. Discrimen harum legum in hoc erat, quod Iulia lex populis tantum, qui in fide manserant, vel, si arma sumserant, ea deposuerant, si fundi legis fierent, hoc est, si donationem acciperent, ciuitatis ius permittebat; Plautia Papiria ciuibus singillatim, peregrinis in primis, qui in foederatas ciuitates adscripti erant, modo in Italia tum, quum lex lata erat, h. e. an. 665., domicilium haberent, si intra LX. dierum spatium a lata lege, quo praeter lapsu via ad beneficium interclusa foret, nomen essent professi, illud concedebat. Iam in aperto est, cur Archias, licet Heracleensis esset, et in iure ciuitatis foederatae versaretur, tamen ex Iulia lege Romae ciuius fieri non potuerit: quum enim Heracleenses fundi legis fieri nollent, sed foederis libertatem ciuitati praeferrent (Cic. Balb. 8.), contra fidem legis factari fuissent Romani, si ciuitati, cuius arbitrio illa permittebat, velletrne sinere, ciues suos Romae adscribi, nec ne, quum fieri id noluisset, inuitae ciuem voluisse eripere. Quare singulari aliqua senatus populique Romani factum prudentia, vt legem fieri iubarent, quae quin conditionem istam, si ciuitas fundus facta esset, qua singuli ciues a Romana ciuitate prohibebantur, aboleret, tum, quod ex priore lege controuersum erat, peregrinis a foederatis ciuitatis iure donatis, impetrandi illam copiam saceret; praeuidebant scilicet, si ciuitatibus, quae fundi fieri nolissent, ciuium numerum Romam transcriptum eripuissent, fore, vt discordiae et factiones, quibus

quibus vires earum debilitarentur, viam ad victoriam panderent. Ne tamen nimis late extenta legis potestate quibusuis vilissimis hominibus aditum ad ciuitatis beneficium patescerent; et vt, quod ex re erat, eo maiori locios doni cupiditate incenderent, rarum id facientes: sexaginta dierum spatio durationem eius definierunt, nec, nisi iis, qui tum, quum lex ferebatur, domicilium in Italia haberent, cuiquam concesserunt. Qua igitur lege quum multi ex foederatis ciuitatibus, peregrini non minus, qui adscripti erant, quam indigenae, ad Romanam ciuitatem petendam allicerentur, et contentione orta, partium studia increbrescerent: paulo post consecutum videtur, vt ciuitates ipse fundi Iuliae legi fierent, et missa facta foederis libertate, municipiorum iure ac tutela frui malent. In quibus et Heracleam fuisse, variis ex causis colligo. Etsi enim Heraclenenses, quum viderent, se, quod foederis fidem seruassent, et, missa Romanis auxilio, vexari se satis duriter ab hostibus passi essent, lege illa praeter nomen ciuium vix quidquam lucrari, quum, qui donati a Romanis essent, suffragia ferendi libertate excluderentur, et in VIII. nouas tribus, veteribus XXXV. dignitate multo inferiores, coniicerentur, consultius primis annis videantur putasse, honori isti, quem lex promitteret, foederis libertatem praeferre, et repudiata dignitate, quae nomine se magis, quam re commendaret, nouis se oneribus subtrahere: tamen minus verisimile est, etiam tum illam sterisse iis sententiam, quum, L. Cornelio Cinna I. consule (a. 667.) moliente, spes erat, nouis tribubus dissipatis, in veteres

pari

pari iure ac dignitate ciues distributum iri (v.
 Vellei. Paterc. II, 20.) vel quum videbant,
 occiso Cinna IV. consule (a. 670.) vbi Cn.
 Papirius Carbo sine collega magistratum gere-
 bat, ciues nouos, concessu ex senatus consul-
 to iure suffragii (Liu. LXXXIV.), in XXXV.
 veteres tribus transscribi. Haud dubie, mu-
 tato consilio, cum aliis Italiae ciuitatibus di-
 gnitatem illam receperunt. Ante illud tem-
 pus, certe ante annum 665. Heracleam non
 fuisse municipium, ex eo intelligitur, quod
 Archias eo anno Romanam ciuitatem petiit;
 stolidum enim fuisset, si, quod iam habere de-
 bebat, id voluisse petere; et quod Cicero
 (p. Balb. 22.) auctor est, P. Craflum, legatus
 tum fuerit L. Caesaris (p. Fontei. 15.) a. 664.,
 an ceasor a. 665. non nihil ambigam, Hera-
 cleensem legionem, ob egregie praestita offi-
 cia, ciuitate donasse. Fuerunt ergo legionis
 istius milites ex eorum numero, qui ciuitatem
 libertati praferrent. Dudum etiam, quod ex-
 pectandum erat, hunc Ciceronis locum in vsum
 Iuum transtulit Heynius (Institut. et legg. He-
 racleensem, Opusc. II, p. 244.) ut probaret, eo
 tempore fundos Iuliae legi Heracleenses non-
 dum factos: quanquam eidem Viro summo
 ex Arch. 4. contendenti, ne Cicerone quidem
 consule eos fundos legi seu Iuliae seu Plautiae
 Papiriae factos, non subscripterim. Nam pri-
 mum ipse Cicero Heracleam vocat cap. 4. *in-*
tegerrimum municipium: et cap. 12. aucto-
 ritate *municipii* (Heracleae) Archiae causam
 comprobari dicit; quibus locis non putem la-
 tori significatione *municipium* dictum esse pro-
 ciuitate foederata, ut Heynius l. c. monet, eum-
 que

que fecutus Reizius in margine exemplaris,
quod ad manus habeo, adscriptus; sed orato-
rem ex suo tempore locutum arbitror, et quod
erat Heraclea tum, quam Archiam defende-
bat, id ad illud tempus, quo foederata tantum
esset, transtulisse. Nihil tamen hoc probat,
niū, Cicerone Archiam defendantem, h. e. a.
693. municipium Heracleam fuisse; dubium
semper manet, quo anno facta sit. Verum ex
alio loco discimus, ante an. 689. municipium
eam fuisse, vbi ait (c. 5.): *quam ceteri non
modo post ciuitatem datam, sed etiam post
legem Papiam, aliquo modo in eorum mu-
nicipiorum tabulas irrepserint*: municipia
enim quae sint, paulo ante significat, Rhe-
gium, Locri, Neapolis, Tarentum; Papia vero
lex, qua sancitum erat, *ut peregrini urbe
pellerentur, et socii Latini nominis in suas
ciuitates redigerentur*, a. 689. L. Aurelio
Cotta et L. Manlio Torquato Coll. a C. Papio
trib. pl. lata est. Etsi enim Heraclea non di-
ferte cum reliquis antea nominata sit, tamen,
quia Tarenti fuit colonia, et quia in eadem
fuit, qua Neapolis contentione, aliis ciuium
appetentibus ciuitatem Romanam, aliis reiicien-
tibus (Cic. p. Balb. 8.); nihil veri similius est,
quam municipium eam factam cum Tarento
et Neapoli esse, et ante annum 689. factam.
Pertinet eo, quod Cicero Epist. Famil. XIII,
30. scribit: *L. Manlius est Sosus. Is fuit Ca-
tinensis; sed est una cum reliquis Neapoliti-
tanis ciuis Romanus factus, decurioque Nea-
poli. Erat enim adscriptus in id munici-
pium ante ciuitatem sociis et Latinis datam.*
Sed quum multo serius scripta sit haec epi-

Tom. II.

C

ftola,

ftola, vel a. 709. C. Julio Caesare IV. consule, sine collega, vt Manutius; vel 708. eodem Caesare III. et M. Aemilio Lepido Coss., vt Ragazonus censet: probari quidem ex ea potest, tunc temporis Neapolin fuisse municipium, at, multo ante fuisse, non potest. Verum detur modo illud, vna cum Neapoli simili agitata, atque Heraclea erat, ciuium de Romana ciuitate contentione, cum Tarento, Rhegio et Locris, quamuis coniecturis tantum id consequi liceat, factam illam esse municipium, h. e. legem Iuliam suam fecisse: non adeo erit difficile, propiorem et certiorem terminum municipalis dignitatis inuenire. Dicit Cicero (Arch. 5.): *non modo post ciuitatem datam, sed etiam post legem Papiam.* Quum orator in temporibus post legem Papiam et post ciuitatem datam discernendis tam accuratus sit: quis non suspicetur, hanc aliquo tempore ante legem istam dari foederatis debuisse. Quodsi legi Iuliae, quae ad populos foederatos pertinebat a. 664., quo anno lata erat, nec Heraclenses nec Neapolitani fundi facti; quo nihil est certius; Silani autem et Carbonis legi, si voluissent, quia ad peregrinos spectabat, ridiculum fuisset: quia his datam ciuitatem Ciceronis auctoritate (Famil. XIII. 30.) certum est; illis, verisimillimum: tempus equidem, quo dari ex lege illa potuerit, aptius, quam annum 670. vbi senatus iussu nouis tribubus ad veteres translatis suffragii ius concessum erat, video nullum. Illud fortasse moram facere possit, quid velit sibi Cicero, vbi dicit ceteros in tabulas post ciuitatem datam et legem Papiam *irrepisse.* At meminerimus oportet, Iuliae

liae legis formulam ad ciues tantum in foederatis ciuitatibus natos, vel potius ad totos populos, pertinuisse, non item ad peregrinos, qui in iis adscripti erant; certe de his in dubio rem reliquisse; Plautiae autem legis beneficio, cuius tamen potestas ultra LX. dies anni 665. non extendebatur, iis, qui foederatis adscripti erant, Romanam ciuitatem oblatam. Quum ergo anno 670. multae ciuitatum foederatarum, mutatis consiliis, Iuliae legi a. 664. latae fundi fierent, h. e. oblatum per eam beneficium acciperent, non poterant Romani, vt ne peregrinos in illas ciuitates adscriptos grauiter offendenter, quin Plautiae legis a. 665. in eorum gratiam latae, sed metu, ne ii, a quibus ornati erant, offenderentur, a multis neglectae, potestatem reuigescere iuberent. Nimirum ad peregrinos a. 670. ex Silani lege ius suffragiorum et veterum XXXV. tribuum honos sub ea conditione, si tum, quum lex ferrebat, h. e. anno 665., in Italia domicilium habuissent, se senatus iussu extendit; quod ex Cic. Famil. XIII, 30. intelligitur de Sofi scribente: *erat enim adscriptus in id municipium ante ciuitatem sociis et Latinis datam h. e. ante an. 665.* atque adeo ante legem Iuliam a. 664.; vt mirum non sit, multos peregrinos, qui illo tempore in Italia domicilium non habuerant, vt Romanorum ciuium iure frui possent, nomina sua, ac si dudum habuisserint, in tabulas foederatarum ciuitatum ante annum 665. furtim inscribenda curasse. Talem fraudem non modo post ciuitatem datam h. e. post annum 670. quo fundus siebat Heraclea et aliae ciuitates, sed etiam post legem Papiam

h. e. post an. 689. a peregrinis commissam esse, Cicero in orat. c. 5. iudicibus et praetori appetit. Nunc facile est intelligere, quum, quo iure ac modo Archias, Heracleae adscriptus, Romae ciuis factus sit, tum, cur non cum reliquis Heracleensibus, sed quinque annis ante factus sit. Romae ciuis poterat fieri, quia duas conditiones legis iam explerat: etenim foederatae ciuitati adscriptus erat, Heracleae, et inde ab anno 652. Romae domicilium habuerat; tertiae, qua LX. diebus apud praetorem iubebatur profiteri, quia praetore, Q. Metello Pio, familiariter vtebatur, satisfacere facile poterat. Qua ex re etiam illud explicandum, cur non, ut reliqui, in iis etiam peregrini, ad an. 670. expectarit, vel, quum euentus rerum incertus esset, beneficium omnino reiecerit. Scilicet, quum Romae, non Heracleae, rerum ac fortunarum suarum sedem fixisset, ab inuidia illa, quam, si Heracleae habitasset, Romanae ciuitatis petitione sibi conflasset, nihil erat timendum: et, quod praetor, apud quem profitendum erat, amicitiae vinculo ei iunctus erat, ea res, ut maius ei, quam aliis, beneficium spondere videbatur, ita consilium eius maturare debebat. Nihil igitur restat, quam ut videamus, cur anno 665. census non sit. Nec enim eo res iam satis expedita est, quod Cicero dicit, nullam eo anno, Iulio et Crasso censoribus, populi partem esse censam; aut quod aliunde constat, eos censores, ante legitimum tempus (nam anno 662. Cn. Domitius Ahenobarbus et L. Licinius Crassus lustrum LXVI. condiderunt,) creatos esse, non, ut populum censerent, et lustrum conde-

conderent, sed ut veteribus XXXV. tribubus, in quas populus Romanus descriptus erat, VIII. nouas adderent, iisque ciues ex Italiae ciuitibus, qui vel Iulia lege vel Plautia Papiria Romae adscripti erant, comprehendenderent (v. Onuphr. ad Fast. Capit. p. m. 156.): etenim quaerere semper liceat, cur Archias, qui in nouorum ciuium numero erat, quum in aliquam illarum tribuum, quae ex nouis ciuibus consti-
tuebantur, a censoribus referri deberet, non modo, quod ex Cicerone colligitur, in eam relatus non sit, sed, quoniam accusatorem, censum requirentem, irrideat magis patronus, quam clientem excusare laboret, iure non relatus esse videatur. At facillimo negotio id conficitur. Meminerimus modo, Archiam Hera-
cleensem quidem fuisse, talemque se semper voluisse haberi, sed domicilium, quod ex lege, qui donandus erat, in Italia haberet, necesse erat, in ipsa Vrbe habuisse. Itaque, domiciliis loco decernente, nouis illis VIII. tribubus, in quas reliqui extra Vrbem, in vicinis ciuitati-
bus, viuentes coniiciebantur, adscribi ut nol-
ebat, ita non poterat; sed expectare dehebat,
dum legitimo census anno, h. e. 668. vbi lu-
strum LXVII. condendum erat, tribui alicui ex XXXV. veteribus adderetur. Quod tamen,
quum census tempore Roma abesset, fieri non potuit. Sed, ut quasi vno intuitu, quae ad vitam et fata Archiae pertineant, contemplari liceat, age, ex iis, quae iam disputata sunt,
notabiliora colligamus et tanquam in tabula proponamus.

Natus est Archias Antiochiae, quae vrbs est Syriae nobilissima, anno V. C. 636. M. Por-
cio

cio Catone et Q. Marcio Rege Coss. Olymp. CLXV, 3. si verum est, quod Cicero ait, eum praetextatum, hoc est, annum XVI. agentem Romam venisse. Pueris ubi exceperat, et varia atque egregia ingenii sui dederat specimina, relicta patria vrbe, Asiae partem cunctamque Graeciam peragrare instituit. Quo itinere quum etiam in Italianam delatus esset, anno 652. Mario et Catulo Coss. Romam venit. Statim Luculli ita delectati sunt homine, vt eum domum suam reciperent. Nec tamen his solum iucundus fuit, sed etiam aliis principibus, M. Aemilio, L. Crasso, Q. Catulo, Druso, Catoni, Octauis, Hortensiis; in primis carus fuit Metellis, Numidico et Pio. Quum a. 663, L. Lucullus in Ciliciam profectus esset, vt in Sulla, qui pro praetore ei prouinciae praeverat, cothurnio rerum bellicarum ciuiliumque cognitionem sibi acquireret, hunc Archiam socium secum habuit. Redux ex illa prouincia (a. 664.) apud Heracleenses, vt Archiam ciuitate donarent, effecit. Romam deinde reuersus, quum a. 665. lex a Silano et Carbone de ciuitate peregrinis foederatae ciuitati adscriptis, danda lata esset, Romae ciuitatem petiit, eamque quum per se, tum Luculli commendatione impetravit. In Vrbe, et quidem in Luollorum domo videtur mansisse vsque ad an. 666., vt a. 665., si censores Iulius et Crassus Romanum populum censuissent, omnino in censum venire debuisse. Nam eo tempore, sub Marci belli calamitate, quum Sulla legatus Cn. Pompeii consulis esset, Lucullus nondum apud eius exercitum fuit, vt suspicari quis posset, eum Archiam secum habuisse, sed Cicero sub illo militiae

militiae suae tirp̄cimia posuit (v. Plutarch. Cicer. p. 862. A. Cic. Philipp. XII, 11. de Diuin. I, 33.). Quare autem, Romae quum esset poeta cum patrono suo, Lucullo, a censoribus in annum istum creatis census non sit, id obscurum erit nemini, qui sciuerit, illos censores in nouis VIII. tribubus condendis, in quas socii describerentur, non in Romano populo, ad quem Archias, Romae per XIII. annos versatus, pertinebat, censendo occupatos fuisse. Anno vero 666. cum L. Lucullo, qui a Sulla in Graeciam praemissus erat, vt ei Mithradatis copias persecuturo classem cogeret, proiectus, Romae non fuit vsque ad an. 674., quo Lucullus per omne illud tempus quaestor in Asia, vt an. 675. aedilitatem caperet, reuersus est; qua re factum, vt census anno h. e. a. 668. Archias Roma abesset, nec in tabulas censorias referri posset. Cum Lucullo eo tempore praeter Archiam fuit Antiochus philosophus, Philonis auditor: quum enim, Murena bellum in Ponto gerente, in alta pace Ciliciae quaestor praefasset: in nulla re utilius videbatur ei tempus collocari, quam in poeseos et philosophiae studio. Neutri magistrorum operae fructus defuit: nam, quamquam orationis Graecae, et versus Latine et Graece scribendi facultatem sibi, Archia duce, compararit, vel illud argumento sit, quod contendere ausus est, se Maricum bellum Graecis velle versibus describere; quamquam prosaica oratione illud postea scriperit, vt Plutarchus (Lucull. p. 492. A.) et Cicero (ad Attic. I, 19.) testantur; et philosophiae quam deditus fuerit, quamque minime contemnendos in ea progressus fecerit,

quae

quae Cicero in Academicis eum ergegie disputantem facit, docere poterunt. Ab anno 674. vsque ad a. 677. Romae fuit; quo anno quum Lucullus in Africam pro praetore proficiscicebatur, ei se socium iunxit; reuersus a patrone suo ad aerarium in beneficiis delatus est (p. Arch. 5.). Postea Romae fuit vsque ad an. 681. vbi Lucullo imperatoria potestate in Aliam profecto se cum Antiocho (Acad. IV. I.) dedit comitem. Quum per septem annos spectator admiratorque rerum Luculli per magnam Asiae partem gestarum fuerat, anno 688. Romanum cum imperatore rediit. Romae ab eo tempore semper versatus est. Nam, quum Lucullus a C. Memmio peculatus accusatus (a. 688.), ab alienatis ab eo populi animis, triumphum non nisi Cicerone consule anno 691., hoc est, triennio tardius, quam debebat (v. Cic. Acad. I. c.) posset consequi, quum aliis de causis, non verisimile est, Archiam Roma discellisse, tum, ut honorum imperatoris spectator esset. Non magis etiam sequentibus annis, quum Lucullus, licet summa apud senatum eius esset rerum gerendarum expectatio, se otio ac voluptati dederat, Vrbem, aut Luculli villam videtur reliquisse, vsque dum a. 693. a Gratio quodam, vel Graccho de ciuitate reus fieret. Mihi quidem, quum de Gratia gente nihil nouerim, melius placet, si Gracchus Archiae accusator fuisse creditur. Est is Numerius Quintius Gracehus, qui, tribunus pl. et partium Clodianarum, P. Cornelio Lentulo Spinthere et Q. Caecilio Metello Nepote Coss. (a. 697.), quum omnes magistratus de Ciceronis reditu promulgassent, solus cum

eum collega Sex. Atilio Serrano, et uno praetore, App. Claudio, P. Clodii fratre, consentire noluit (v. p. Sext. 33. 38. et in Pison. 15.). Haud dubie filius fuit illius Gracchi, qui primum seruus, deinde libertinus, se pro Ti. Gracchi filio gerebat, et artibus L. Apuleii Saturnini a. 654. C. Mario VI. et L. Valerio Flacco Coss. tribunus pleb. cum eo factus, Capitolium occupauit (v. p. Rabir. Perd. 7. p. Sext. 47.), et quem, quia se Gracchi filium mentiri constabat, a. 652. Q. Caecilius Metellus Numidicus censor, contra vim incitatae multitudinis, censu prohibuit (Cic. p. Sext. 47. et Aurel. Vict. VV. ill. 62.): illum enim et Victor (l. c.) Quinctium vocat, et Valerius Maximus (III, 8. IX, 7. 15.) si pro *Equitium*, quod librarii intulerunt, *Quinctium* legimus, nomen illud furioso homini fuisse, confirmat. Quod si Gracchus ille accusator Archiae fuit, fieri potest, vt idem illud, quod Cicerone defendantem, iudicium sententiis absolutus est, causa odii in patronum eius suscepti extiterit; data deinde opportunissima occasione, quum magistratum gerebat, explore illud studuit. Haec sunt fere, quae de vita et rebus gestis Archiae ex hac oratione possunt erui. Liceat nunc de ingenio poetae, de scriptis eius, tum iis, quae adhuc habemus, tum quae temporis iniuria omissa dolemus, et de iudicio, quod Cicero de eo facit, breui adhuc disputare.

V.

Quod Tullius suspicatur, Gracchum, adversarium Archiae, quaesiturum a se esse, cur tanto-

tantopere hoc nomine delectetur; id cuius nostrum, qui orationem pro illo habitam legerit, videritque, quo animo, qua admiratione, et quanta pietate poetam defendat, querere in mentem veniat necesse est. Neque enim in eo nobis licet acquiescere, quod profiteri eum audimus, suppeditatum ab eo sibi esse, ubi et animus ex forensi firepitu reficeretur, et aures conuicio defessa conquiescerent: nam illa semper remanet in animo dubitatio, verene talis fuerit Archias, qui Ciceroni, tam varia doctrina exculto, tam acri veri et pulchri diudicandi facultate instructo, placere potuerit, an causis, quae aliis latebant, hic tantum se fructum ex ingenio eius et consuetudine perceperisse simulet. Fieri certe posse, ut aliam causam sui in eum amoris praetenderit, aliam vere habuerit, ut simulatorem quodammodo egerit, id quidem non negabit, qui variam animi eius indolem, et iudiciorum de rebus iisdem inconstantiam aliunde perspectam habuerit, quique nouerit, illa religione, qua homines verentur, alia ore dicere, alia animo sentire, celeberrimum Romanorum oratorem, non ubique aut semper teneri. Multum igitur quum ad oratoris laudem, tum ad nostri animi intentionem, et iudicii moderationem interest, scire, verene quae de poetae facultate commemorata legimus, ita se habuerint, an non. Quare non vereor, ne aut ego male curiosus cuiquam videar, si in rem istam paulo accuratius inquiram, aut ii, qui praecedentia attentione sua digna iudicarint, ab hac curiositate, quae ad ingenium eius perquirendum valet, cauendum sibi arbitrentur.

Quae

Quae ex Cicerone nouimus, pauca sunt illa quidem, at summa digna animi aduersio-
ne: nam cap. 8. ita legimus: *Quoties ego
hunc Archiam vidi, iudices, quum literam
scripsisset nullam, magnum numerum opti-
morum versuum de his ipsis rebus, quaes-
tum agerentur, dicere ex tempore! quoties
reuocatum eandem rem dicere, commuta-
tis verbis atque sententiis!* Quae vero accu-
rate cogitateque scripsisset, ea sic vidi pro-
bari, ut ad veterum scriptorum laudem per-
venirent. Vtinam fortuna Archiae operibus
pepercisset, ut nostro studio, nostra diligentia
exquirere possemus, an vera essent, quae Ci-
cero h. l. dicit. Nam quod primo loco lau-
dat, id quidem incredibilem animi agitatem
et celeritatem ingenii indicat; non tamen effi-
cit, ut Archiam in summorum poetarum nu-
mero ponamus. Scilicet aliud est, multos ver-
sus posse ex tempore fundere, aliud, aptos,
concinnos et elegantes versus scribere. Simi-
lem laudem ab eo fert Antipater Sidonius Orat.
III, 50. vbi Crassum ad Catulum ita loquentem
facit: *Quod si Antipater ille Sidonius, quem
tu, Catule, proba meministi, solitus est ver-
sus hexametros aliosque variis modis atque
numeris fundere ex tempore, tantumque
hominis ingeniosi ac memoris valuit exerci-
tatio, ut, cum se mente ac voluntate conie-
cisset in versum, verba sequerentur.* Et
hunc, certum est, mediocrem fuisse poetam,
quod epigrammata eius, quorum magna pars
superest, vnumquemque edocere possunt.
Nonne melius est, versus scribere doctos et ele-
gantes, etiam si paucos intra diei spatium ab-
solvas,

soluas, quam immensam multitudinem fundere
 inconditorum et nūgis resectorum? De Virgi-
 lio scimus, paucissimos eum versus com-
 posuisse (Quintilian. X, 3. 8.) et, quia solitus
 erat mane plurimos versus, ut impetus ferret
 animi, dictare, et per reliquam diem retrac-
 ctando et corrigendo ad paucissimos redigere,
 ipsum de se non dubitasse dicere, vrsino se
 more ac tritu versus parere, et lambendo de-
 dum effingere (v. Gell. N. A. XVII, 10.). Sed
 quid huius oratione doctius? quid versu com-
 tius et tersius? quid iudicio subactius? Hac igit-
 tur laudis parte, quod, si res tulisset, magnum
 versuum numerum ex tempore dixisset, poetam
 commode potuisse carere existimo: nam etiamsi
 vera sit, nec auxerit rem orator pro more suo,
 tamen nihil efficitur, nisi hoc, facilem Archiae
 venam fuisse, non item, fluxisse puram. Eo-
 dem modo statuo de eo, quod sequitur, poe-
 tam, quoties reuocatus esset ad rem, quam
 iam ante celebrasset, toties eam dixisse com-
 mutatis verbis ac sententiis: nam intelligimus
 copia verborum et formulas dicendi instructum
 eum fuisse, non iudicio eum vsum in eligen-
 do, studio in accommodando, cura in compo-
 nendo. Grauiora sunt quae ultimo loco Ora-
 tor commemorat: *quae vero accurate cogita-*
teque scripsisset, ea sic vidi probari, et ad
veterum scriptorum laudem peruenirent.
 Sed, nisi fallor, non sine summa cautione haec
 interpretanda erunt: cur enim Cicero, vir
 tanta doctrinae et eruditio[n]is fama, et tanta au-
 citoritate, suum non interponit iudicium, se,
 quae cogitate scripsisset Archias, non posse non
 probare, et veterum scriptorum laude digna
 iudi-

iudicare? Cur ab aliis ait se vidisse probari? Quae addit deinde: *vt ad veterum scriptorum laudem peruenirent*, non id spectare videntur, *vt eorum*, quae poeta cogitate scripsisset, pretium magnum fuisse intelligamus, sed celebritatem ac famam; nonne vero fama et celebritas a fortuna eiusque ludibrio pendet? Quoties ignorantia, mos seculi, sensus veri corruptus, causa famae est, quam vulgus ignobile moderatur et auget? Ex hoc ergo, quod probata fuerint Archiae scripta, et in admiratione habita, *vt cum veteribus scriptoribus de fama potuerint concertare*, non sequitur illud, *vt elegantia, nitore, simplicitate pristinis paria fuerint*. Cur Cicero etiam adhibet incertum illud: *scripsisset*, *vt eorum*, quos probare vult Archiae carmina, iudicio tribuat, eos pro accurate et cogitate scriptis ea habuisse, non ipse, suo iudicio rei auctoritatem conciliat, dicens, *scripserat*, vel *scriptis*? Nonne studio ita videtur fecisse, *vt omnia, quae in Archiae laudem proficeret*, aliorum magis opinionem exprimerent, quam, quae ipse sentiret? Nam si verba vrgeamus, et paulo liberius circumscribamus, ea quae Archiae laudes illustrare reperiuntur, *huc redeunt*: *Quae putabatur accurate et cogitate scripsisse, ea sic vidi probari, vt eadem fere laude ornarentur, qua veteres scriptores excellebant*. Sed haec iam in medio relinquamus, usque dum commodior de iis dicendi occasio fuerit; videamus potius, quae ex scriptis Archiae ad nostram notitiam peruerenterint. Primo loco commemoranda sunt duo carmina epica, alterum *de bello Cimbrico*, alterum *de bello Mithri-*

Mithridatico. (vid. Cic. p. Arch. 9. Ad Attic. I, 16.) In animo habere visus est res Metelli Numidici scribere (ad Attic. l. c.); incertum tamen, an vere scripsit. Versibus etiam expressit *haruspicum reponsū de Q. Roscio Comoedo.* Quum enim noctu, lumine apposito, nutrix animaduertisset, puerum dormientem et implicatum serpentis amplexu, pater nutricis clamore commotus ad haruspices rexit. Responderunt, nihil illo clarius, nihil illustrius fore. v. Cic. de Div. I, 56. De eo carmine, quod de consulatu Ciceronis scripturus erat, et quod, tum, cum causa eius agebatur, iam attigerat et inchoauerat, nihil neque ex aliis Ciceronis locis, neque ex aliorum scriptorum testimonio constat, perfectum fuerit, nec ne. Tria tantum carmina, quae apud Ciceronem commemorantur, certa sunt; epica duo, *bellum Cimbricum* et *bellum Mithridaticum*, et unum in Rosci laudem, *Reponsū haruspicum*. Sed dolendum est, nihil de his ad nostra tempora seruatum esse, ne fragmentum quidem, quod mihi quidem innotuerit. Praeter haec vero alia scripsit carmina, ad breuiores Graecorum poesin pertinentia, quorum partem seruant *Analecta Brunckiana* T. II. p. 92. et 528. At ne quis omnia, quae ibi Archiae nomen prae se ferunt, Archiae Antiocheni esse existimet, sciendum est, plures fuisse huius nominis poetas, qui in Codice Vaticano, teste Brunckio (in not. ad Anal. T. III. p. 148.) distincti sunt. Fuit Archias Mytilenaeus, cui tribuuntur epigrammata XXI. XXII. XXIV. XXXI. cuius etiam Brunckio videtur esse Carmen XXV. Carmen XXXII. titulum habet

bet Ἀρχίου Μανεδόνος: at gentile nomen a recentiori additum manu est. Carmen XXXIII. Archiae Bysantio tributum. Carminis IV. titulus est Ἀρχίου Γεωργιατηκῆ, et XX. (ap. Reifk. in Anthol. Cephal. n. 759.) Ἀρχίς νεωτέρες. Reiskius (in Notit. poet. Anthol. p. 197.) putat, posse illud νεωτέρον inepto Graeculo impunitari, aut coniuci Ἀρχίτου pro Ἀρχίᾳ. Fuit etiam Archias Thurius, τραγῳδιῶν ὑπαρχίτης, de quo Plutarchus in Demoſthene (p. 859.); ad quem tamen nihil ex Anthologia referendum arbitror. Detractis igitur illis carminibus, quae aliis adscripta sunt poetis eiusdem nominis, remanent carmina XXVI. nostro Antiocheno tribuenda. Haec sunt fere, quae de carminibus poetae nostri scimus. Iam si quaeritur, quid pretii ingenio Archiae et rationi poeticae statuendum sit, sponte intelligitur, id ex iis tantum iudicari posse monumentis, quae adhuc extant, hoc est, ex brevioribus carminibus et lusibus, quum maiorum illorum, quae perierunt, ne vnuſ quidem, quantum ego ſcio, ſuperſit verſiculus. Fortalſe tamen non iniucundum erit in epicorum carminum inscriptions inquirere. Primum carmen, quod Archias adoleſcens condidit, illud eſt, quod *Bellum Cimbricum* inſcriptum erat; et quum a Mario, qui tamen durior ad haec ſtudia erat, gratiam inie rit, facile ſuſpicamur, Marium principem fuſſe perfonam, vel, quem dicunt, carminis herōem. Non tamen ſatis perſpicuum eſt, vtrum totum bellum Cimbricum, infeſto Romanis Marte ab an. V. C. 641. vsque ad an. 653. geſtum, carmine perſecutus fit, an poſtremos tantum annos 652. et 653. vbi Marius IV. et V. Consul Teuto-

Teutonum et Ambronum copias ad Aquas Sextias deleuit, et cum Catulo proconsule Cimbros ad Vercellas concidit. Interim, nisi gloriae cupiditas, qua Romani maxime ducebantur, et qua laudari et praedicari de se volebant, quodammodo sponderet, non clades a Cimbris acceptas celebratas esse, sed victorias a Mario eiusque collega Catulo reportatas, praesumti tamen id posset per nimiam, quam carmen, totum bellum complectens, nacturum fuisse, magnitudinem.

Nam quantum materiae praebuissent Cimbrorum errores, et quum nouas sedes toto orbe quaererent! Quam ampla futura fuisset pugnae descriptio cum Cn. Papirio Carbone apud Norciam a. V. C. 641. et fugae Consulis cum Romanorum clade! Quot libros expleri necesse fuisset, si depingendum putasset, ut barbari Heluetiam inundassent, et adscitis in societatem Tigurinis, Galliam vastare coepissent (a. V. C. 642.); deinde, quum in Italiam remigrassent, et rogassem, ut Martius populus sibi aliquid terrae daret, et, quia non impetrassent, M. Iunitum Silanum Conf. a. V. C. 645. et sequente M. Aurelium Scaurum penitus fudissent! Qualem campum in descriptiones et variationes excurrendi, fortunae machinationes insinuandi, morum diuersitates notandi poeta sibi aperuisset, si narrare voluisset, ut Tigurini Heluetii L. Cassium Longinum Conf. (a. V. C. 647.) cum exercitu delevissent, Romanosque ad turpem pactionem adegitissent; in quantas calamitates Q. Caepionis avaritia et sacrilegium in templo Tolosano commissum et

odia

odia ducum et mutuae obtrectationes Romanum nomen coniecerint; si exponere ei placuerit, quanta internecione exercitus Romanus, quae imperatores delirabant, luisset, quale damnum Tectosagorum et Ambronum in primis (Eutrop. 5, 1.) atrocia intulisset; si commemorandum duxisset, quas vastationes a Cimbris expertum esset, quidquid inter Pyrenaeum et Rhodanum est, usque dum Cimbri ex Hispania a Celtiberis fugati et in Galliam reuersi, Teutonibus, crudelitate, faeuitia, et arma tractandi perita vel paribus vel etiam superioribus se iunxit! Et haec omnia pertractanda carmine suissent, antequam ad Marii, cui primae deferendae erant, res gesias peruenisset. Nonne vero, si tam amplam materiam in carmen voluisse diducere, et omnes rerum vicissitudines, clades, victorias, contentiones, inuasionses et vastationes, accurate expingere et mentis oculis, quasi fierent, subiucere, in tantam magnitudinem creuisset Carmen, ut Nonni Dionysiaca amplitudine superasset, et multo maius volumen confecisset, quam Anticatones Caesaris (Iuuenal. VI, 557.)? Nisi forte statuere malimus, eum historicum egisse, et luminibus istius poeticis, fictionibus, episodiis, quae Homericae poesi maximum ornamentum praebent, Carmen suum defraudasse. Sed tunc aequre ridiculus suisset, ac Horatianus poeta Cyclicus, qui ita incepérat:

Fortunam Priami cantabo et nobile bellum,

et vereor, vt Cicerō, etiam si paulo impudentior suisset, talem metricum hominem et versuum χαλκωτην, tanquam poetam egregium

Tom. II.

D

iudicii

iudicibus commendare ausus esset. Quare persuasum mihi habeo, poetam eatenus tantum bellum illud atrocissimum et Romanorum rebus maxime pericolosum celebrasse, quatenus Marii virtus id administrarit, et occasionem inclarescendi et latius lumen suum effundendi nacta sit. Haud dubie finis primarius, quem consequi studebat, hic fuit, ut doceret, *actum suis de Romanis, nisi Marius illi seculo contingisset* (v. Flor. III, 3.). Spatium temporis, intra quod res suas Marius gescit, duo annos complectitur, et ad carmen aptissimum est; et si poeta vel arte polluerit vel natura valuerit, non solum istud, quod Marii virtus per hos annos edidit, ita apte connectere potuit, ut lectores uno intuitu omnia caperent, verum etiam, quae superioribus annis calamitates populo Romano acciderant, quod vel memorabile ex iis erat, vel ad Marii laudes illusirandas necessarium, id suo loco intexere. Neque verendum est, ut rerum defuerit aut magnificentia aut varietas: nam in tertio consulatu (651.) Tectosages devicit, vbi Sylla, legatus eius Copillum ducem illorum cepit (v. Plutarch. Syll. p. 492.); in quarto consulatu (652.) ad Aquas Sextias (*Aix en Provence*) Teutones et Ambrones trucidavit, et pene exstirpauit; nam duobus proeliis ducenta millia caesa, capta vero nonaginta dicuntur, ut vix quatuor millia euaderent (Liv. Epit. 68.); in quinto consulatu Cimbros cum Q. Catulo huiusque legato L. Sylla ad Vercellas deleuit, quum caesa centum et quadraginta millia, capta sexaginta essent. His addamus, quae in muniendis castris fecerit, qua arte, quanta audacia et follertia Fossam, inter Oce-

num

num et Rhodanum, quae ab ipso nomen habebat, duxerit et muniuerit, ut naturam quasi compescuerit et morem sibi gerere coegerit; et siatuere poterimus, quantum inde carmini accefferit grauitatis et ornamenti, quantum lectoris animo delectationis. Nec deesse potuit Teutobochus, rex Teutonum, siaturae proceritate non magis fornidabilis, quam arte equos quaternos senosque transiliendi: vix enim credibile esset, eum, qui in triumpho Marii insigne spectaculum fuit, ad spectacula rerum, quae carmine exhibenda erant, non fuisse adhibitum. Eodem modo Boiorix, Cimbrorum rex, qui ad Vercellas in acie dimicans, impigre nec inultus occubuit (Flor. III, 3.), virtute sua Marii virtuti lumen accendere potuit; plus enim gloriae fert, qui vinci posse docet, qui non posse videntur, quam qui ab imbelli, sine sudore, victor discedit. Si denique perpendimus, quomodo mulieres Teutonum Cimbrorumque se gesserint, quum Romanis non minor cum illis, quam cum viris pugna esset, ut viros fugientes clamore horrido aduersus hostes repulerint, exemplo suo incenderint, ipsae ex carpentis lanceis contisque pugnarent, et, ubi victos viros et commissos viderant, ut pudicitiam tuerentur, a victore petierint, ut Vesaliibus dono mitterentur, et, re non impetrata, suspendio et laqueis spiritum sibi eripuerint (Val. Max. VI, 1. Flor. III, 3.). Quid fortius ad permouendum futurum fuisse, quid plus delectationis allatum putabimus? Profecto Archias, si quid fuit in eo ingenii, et ratio aliqua canendi et facultas, plus ad Marii gloriam et prope diuinos honores et ortam inde Reipubli-

cae calamitatem contulisse putandus est, quam libationes ad sacra mensarum, quae nuntium de Cimbrorum clade sequebantur (Val. Max. VIII, 15, 7.), aut plebis Romanae clamores, quibus tertius Romae conditor ferebatur (Plutarch. Mar. p. 421.).

De bello Mithridatico, quod carmine ab eo expressum est, quale argumentum fuerit, quantusque eius ambitus, per ipsum Ciceronem certiores sumus: Dicit nimis Orator (cap. 9.): *Mithridaticum vero bellum, magnum atque difficile, et in multa varietate terra marique versatum, totum ab hoc expressum est; qui libri non modo L. Lucullum, fortissimum et clarissimum virum, verum etiam populi Romani nomen illuſtrant.* Clare ex his verbis intelligimus, totum bellum a L. Lucullo, ab a. 680. vbi consul in Asiam proiectus erat, vsque ad 688. quo anno a militibus destitutus, tot laborum victoriarumque fructum Pompeio concedere cogebatur, celebratum esse. Res, quae materiam carminis praebuerunt, paulo post a Cicerone adumbrantur: *Populus enim Romanus, inquit, aperuit, Lucullo imperante, Pontum et regis quondam opibus et ipsa natura regionis vallatum; populi Romani exercitus, eodem duce, non maxima manu innumerabiles Armeniorum copias fudit; populi Romani laus est, urbem amicissimam Cyzicenorum, eiusdem consilio, ex omni impetu regio, erectam esse atque seruatam; nostra semper feretur et praedicabitur, L. Lucullo dimicante, cum interfectis ducibus depreſſa hostium clas-*
sis,

sis, et incredibilis apud Tenedum pugna illa
 naualis; nostra sunt tropaea, nostra monu-
 menta, nostri triumphi. Hic breuem habe-
 mus rerum in isto carmine pertractatarum deli-
 nationem. Nec morari quenquam debet, quod
 vltimo loco pugnam apud Tenedum com-
 memorat, quae tamen in an. 681. incidit, et de
 vltimis eius operibus memorabilibus, de capta
 a. 685. Tigranocerta, quod caput erat Arme-
 niae, et Nisibi, nobilissima eiusdem regni vrbe,
 sub finem a. 686. vel initio a. 687. expugnata,
 nullam mentionem facit: etenim non putabat,
 ad Oratoris laudem pertinere historica sollicitu-
 dine eo omnia ordine, quo acciderant, nar-
 rare, aut illa religione, vt nihil plane omitte-
 retur, nimis animo teneri. Ceterum, quum
 his Luculli laboribus atque vigiliis deberetur,
 quod Asia a Mithridatis furore liberata esset,
 seruata maxima vectigalia, et salui imperii Ro-
 mani focū: facile apparet, quomodo magna
 haec res et digna epica exornatione Archiae
 videri debuerit; et quia iam sua luce virtus il-
 lius imperatoris splendebat, vbi haec epica lux,
 ab homine felicissimi ingenii profecta, acceſſe-
 rat, quo ea splendore animos perfrinxerit,
 nemo, nisi qui poesi eiusque efficacie pretium
 statuere nescit, non poterit existimare. Vnum,
 quod reprehendi in poetæ delectu posse vide-
 tur, hoc est, quod materia nimis ampla fuit,
 et ipsa sua magnitudine laborauit: nam tot ex-
 peditiones, proelia, caedes, expugnationes,
 prodiciones connectere, et in aliquam actionis
 vnitatem cogere, et per partes deinde digerere,
 ne Homerus quidem potuisset, nedum Archias.
 Quid de Haruspicum Responso de Roscio co-
 moedo,

moedo versibus ab Archia expressis statuendum sit, non putem dictu esse difficile: haud dubie epigrammatis speciem habuit, et cum re, quae occasionem dederat, breuiter indicata responsum illud in carmen deductum exhibuit.

Nunc ad breuiora carmina deuenio, quae adhuc extant; quae eo minus negligenda sunt, quod, horum ope, coniectura aliqua statuere possumus, qualia maiora suisse arbitremur, scimusque, quomodo luctum de iactura eorum temperemus. Haec carmina, quae partim in Anthologia Planudea, partim in Cephaliana extant, coniuncta exhibuit Brunckius, ut iam supra monui, in Tom. II. Anal. Sed iuuat h. l. tabulam apposuisse, vnde intelligere liceat, ubi ante Brunckium lecta sint. Sequor ordinem Brunckianum,

Carm. I. Reifk. Tom, IX. Miscell. Lips. n.
500.

Carm. II. in Anthol. Wechel. lib. VII. p. 625.
vbi cum alio carmine Nicarcho tributo cohaeret.

Carm. III. in Anthol. Wechel. lib. VII. p.
631. sine nomine.

Carm. IV. in Anthol. Cephal. n. 452.

Carm. V. in Anthol. Cephal. n. 461.

Carm. VI. VII. VIII. IX. in Anthol. Wechel.
lib. VI. cap. 15. p. 565. seq.

Carm. X. in Anthol. Cephal. n. 450.

Carm. XI. in Anthol. Wechel. lib. VI. cap. 8.
p. 557.

Carm. XII. in Anthol. Wechel. lib. IV. cap.
7. p. 446. sed fine nomine auctoris.

Carm.

-
- Carm. XIII. in Anthol. Wechel. lib. IV. cap.
12. p. 465.
- Carm. XIV. in Anthol. Wechel. lib. IV. cap.
10. p. 460. vbi ab aliis Luciano, ab aliis
Archiae tribui, notatur.
- Carm. XV. in Anthol. Wechel. lib. I. cap.
35. p. 73.
- Carm. XVI. in Anthol. Wech. lib. I. cap. 56.
p. 111.
- Carm. XVII. in Anthol. Wech. lib. I. cap.
38. p. 79.
- Carm. XVIII. in Anthol. Wech. lib. III. cap.
14. p. 344.
- Carm. XIX. in Anthol. Wech. lib. IV. cap.
18. p. 489.
- Carm. XX. in Anthol. Cephal. n. 759.
- Carm. XXI. in Anthol. Wech. lib. I. cap. 22.
p. 46.
- Carm. XXII. in Anthol. Wech. lib. III. cap.
8. p. 321.
- Carm. XXIII. in Anthol. Wech. lib. I. cap.
60. p. 124.
- Carm. XXIV. in Anthol. Wech. lib. I. cap.
33. p. 65.
- Carm. XXV. in Anthol. Wech. lib. I. cap.
33. p. 69. sed Leonti tribuitur.
- Carm. XXVI. in Anthol. Wech. lib. I. cap.
87. p. 173.
- Carm. XXVII. in Anthol. Wech. lib. IV. cap.
8. p. 448.
- Carm. XXVIII. in Anthol. Wech. lib. III. c.
24. p. 380.
- Carm. XXIX. in Anthol. Wech. lib. III. c.
24. p. 382.
- Carm. XXX in Anthol. Cephal. n. 574.
Carm.

- Carm. XXXI. in Anthol. Wech. lib. I. c. 13.
p. 27.
- Carm. XXXII. in Anthol. Wech. lib. III. c.
14. p. 346.
- Carm. XXXIII. in Anthol. Wech. lib. III. c.
22. p. 371.
- Carm. XXXIV. in Anthol. Wech. lib. III. c.
34. p. 420. sed sine nomine auctoris.
- Carm. XXXV. (T. II. p. 528.) in Anthol.
Wech. lib. III. c. 14. p. 347. sine no-
mine auctoris.

Praeter haec XXXV. carmina in Planudea
sex alia Archiae tribuuntur, quorum quinque
Brunckius Leonidae Alexandrino addidit, vnum
ad *Ἄδεσποτα* reiecit, nihil commonefacto le-
ctore, quas causas fecutus sit.

- I. Anthol. Pl. lib. I. c. 1. p. 1. apud Brunck.
T. III. inter *ἀδεσπότα* n. CCCCLIII. p.
247.
- II. Anthol. Pl. lib. I. c. 5. p. 12. ap. Br. Leo-
nidiae Alex. T. II. n. XXXV. p. 197.
- III. Anthol. Pl. lib. I. cap. 14. p. 30. ap.
Br. Leonidae Alex. T. II. n. XXIX. p.
196.
- IV. Anthol. Pl. lib. I. cap. 33. p. 63. ap. Br.
Leonidae Alex. T. II. n. XXXVI. p. 197.
- V. Anthol. Pl. lib. I. cap. 71. p. 152. ap. Br.
Leonidae Alex. T. II. n. XLII. p. 199.
- VI. Anthol. Pl. lib. I. cap. 87. p. 175. ap. Br.
Leonidae Alex. T. II. n. XXXI. p. 196.
vbi monet in notis p. 176. in Cod. Va-
tic. titulum esse *τριάντα*, et praecedere
epigramma Leonidae,

Detra-

Detractis igitur his vltimis sex carminibus,
 quae Codex Vaticanus Leonidae Alexandrino
 tribuit et octo illis, quae idem Codex aliis poe-
 tis, cum nostro nihil nisi nomen commune ha-
 bentibus, adscribit, apud Brunckium n. IV.
 XX. XXI. XXII. XXIV. XXXI. XXXII. XXXIII.
 quibus addi possunt n. XIV. et XXV. quia in
 Planudea Anthologia hoc Leonti, illud ab aliis
 quidem Archiae, ab aliis tamen Luciano vin-
 dicatur, remanebunt *viginti quinque* carmina,
 quae vnamini consensu Archiae nostro tribui
 videoas, quibusque, si vel ipse ferre iudicium,
 vel quod Cicero iudicauit, id illustrare volue-
 ris, vti debeas. In his, si sinceros esse iuvat
 rerum aestimatores, nihil inuenimus, quod ad-
 miremur, nonnulla, quae laudemus, non pau-
 ca, quae reprehendamus. Non enim eo fuit
 ingenio, quod sibi ipsi consideret, sua vi se eri-
 geret, in rebus reperiundis felicitatem aliquam
 proderet; sed plerumque alios, quos quali du-
 ces sibi elegerat, quum in rerum delectu, tum
 in dictione fecutus est, et, si quae virtutes car-
 mina eius honestant, aut si quae vitia deturpant,
 ea omnia ex illorum monumentis in sua opera
 transtulit. illam viam ingressus est, qnam mon-
 strarat Leonidas Tarentinus, circa Olymp. 126.
 clarus, hoc est, ea argumenta, quae antiquo-
 res poetae Simonides, Anacreon, alii, pertra-
 ctanda elegerant, grauia et poeseos lumine di-
 gna, illo duce deferuit, et ad res se demisit,
 quae aut plane non carmine exornari possunt,
 aut ea simplicitate debent, quae cum rei digni-
 tate congruit. Quum ante Leonidam in epi-
 grammatis clypei occurrunt, victores in ludis,
 equi, imagines deorum dearumque; in hoc
 longe

longe alium morem innectum, mireris; nihil fere, nisi fabrorum, pastorum, venatorum, piscatorum instrumenta, vestimentorum varia genera, animalia commendata ab eo legimus. Leonidae vestigia pressit Antipater Sidomius, Meleagri aequalis, quod ex epitaphio, quod hic in illum composuit, quodque ap. Brunck. T.I. p. 55. n. CXXIII. (in Anthol. Cephal. n. 62o.) legitur, intelligimus, clarus ab Olymp. 158. usque ad Olymp. 171. (v. Reisk. Not. poet. Anthol. p. 185.), et cum eo et rerum delectu et verborum ornatu certauit; conferantur in hanc rem Leonidae c. XL. et Antipatri XXXII. Leon. XLVII. Antip. XXIX. Leon. LVII. Antip. XXXVII. Leon. LXXI. Antip. LXXXV. et LXXXVI. vbi seruiliter imitatur, et Leon. XL. Antip. XXXI. Leon. LXXXI. Antip. XLVII. vbi argumenta elegantiora ornatu donare studet. Archias utrumque, Leonidam et Antipatrum, imitatus est; utriusque igitur vitia simul et virtutes apud eum licet deprehendere. In hoc uno ab iis discedit, in primis a Leonida, quod non ampullas proiicit et sesquipedalia verba, quibus ille supra modum delectatur; sed praeceps simplicitatis tenacior est, et rarius orationi succum inducit. Illum vero morem, quem Cicero in laude Archiae ponit, quod eandem rem aliquoties mutatis verbis atque sententiis dicere solitus sit, ab eodem Leonida et Antipatro eum accepisse, eo audacius concludere posse mihi videor, quo clarius docere mihi licet, ab illis id saepe esse factitatum. Legat, qui dictorum veritatem explorare voluerit, Leonidae carm. X. in Posocharen Cynicum Tom. I. p. 222.

O οὐν-

Ο σκήπων καὶ ταῦτα τὰ βλαύτια, πότνια Κύπρι,
σύγκειται κυνίκη σκῆλα Ποσωχάρεος,
ὅλη τε ἐνπόσσου, πολυτρέπτοι τε πηγας
λείψανον, αρχαῖς πληθόμενον σοφίας.
σοὶ δὲ Ρόδων ὁ καλέσ, τὸν πάνισφον ἥνικα πρέσβυν
ῆγεντεν, σεπτοῖς θήκατ' ἐπὶ προδύοις.

et carmen XI. p. 223.

Πήρην, καζέψυτον ἀπεσιληρυμμένον αἰγὸς
σέρφος, καὶ βάκτρον τοῦτο τὸ λαιπόρινον,
ὅλην τ' ἀσλέγγυιον ἀχάλικον τε κυνοῦχον,
καὶ πῖλον κεφαλᾶς οὐχ ὅσιας σκέπανον.
ταῦτα καταφθιμένοι μυρικίνεον περὶ Θάρην
σκῆλα Ποσωχάρεος Διμός ἀπεκρέμασεν.

Porro carmen in Anacreonem n. XXXVII.
T. I. p. 229.

Πρέσβυν Ἀνακρείοντας χύδαν πεσαλαγμένον σίνῳ.
Θάεο, δινατοῦ σφεπλὸν ὑπερφέ λίθου,
ώς ὁ γέρων λίχνοισιν ἐπ' ὄμμασιν ὑγρὰ δεδορκῶς
ἀχγει καὶ ἀσρογάλῳ ἔλκεται ἀμπεχόνταν.
δισσῶν δ' ἀρβυλίδων τὸν μὲν μίσον, σῖα μεθυπλῆξ,
ώλεσεν· ἐν δ' ἐτέροις ἔμινὸν ἀράσε πόδα.
μέλπει δ' ἡὲ Βαθυλόν εφίμερον, ἡὲ Μεγιστά,
αιωρῶν παλάρης τῶν δυσέρωτα χέλυν.
ἀλλὰ πάτερ Δίσυντε, φύλασσε μιν' οὐ γάρ ἔσκεν
ἐν Βάκχου πίπτεν Βακχιακὸν θέρσαπα.

et carmen XXXVIII. p. 230.

Ίδ' ὡς ὁ πρέσβυς ἐκ μέθας Ἀνακρεών
ὑπεσκέλισα, καὶ τὸ λῶπος, ἔλκεται,
ἔσδέχει γυίων τῶν δέ βλαυλίων τὸ μὲν
ἔμως, φυλάσσει, θάτερον δ' ἀπώλεσεν.
μελίσδε-

μελίσδεται δὲ τὰν χέλυν διακρέκων
ἥτοι Βάθυλλον, ή καλὸν Μεγιστέα.
φύλασσε, Βάιχε, τὸν γέροντα, μη πέσῃ.

Conferantur carm. LXXII. et LXXIII. Eodem modo Antipater Sidonius tubam Mineruae a Pherenicō dedicatam bis ornauit carmine T. II. p. 8.

Carm. X.

Τὰν ποὶν Ἐνιαλίσιο καὶ Ἐρείνας ὑποφεᾶτιν,
μέλπουσαν πλαγγὺὸν βαρέθαρον ἐν σομάτῳ,
χαλκοπαγῆ σάλπιγγα, γέρας Φερένικος Ἀθάνα,
λήξας καὶ πολέμου καὶ θυμέλας, ἔθετο.

Carm. XI.

Ἄ πάρος αἵματέν πολέμου μέλος ἐν δαῖσσαλπιγγὶ^ζ
καὶ γλυκὺν εἰρένας ἐπιποχέσυσσα νόμον,
ἄγνειμα, Φερένικε, τεὸν Τριτωνίδε κούρῳ
δᾶρον, ἐριθρύχων παυθαμένα κελάδῶν.

Sic idem in Venerem Spartae armatam duo scripsit carmina T. II. Anal. Brunck. p. 15.

Carm. XXXIII.

Καὶ λίθος ὡς Παφίν θωρύξατο, ή τάχα μᾶλλον
εἶδε λίθον Φαφίν, καὶ ἀμοσεν. Ἡθελον εἶνα.

Carm. XXXIV.

Καὶ Κύπρος Σπάρτας. οὐκ αἴτεσιν οἷα τὸν ἐν ἀλλοι
ἰδρυτα, μαλακὰς ἐσσαμένα σολίδας.
αλλα

αλλὰ κατὰ ορετὸς μὲν ἔχει κόρους ἀντὶ καλύπτρας,
ἀντὶ δὲ χρυσείων αἰρεμόνων κάμακος
οὐ γὰρ χρη τευχέων εἶναι δίχα τῶν παρόντων
Θράκος Ἐνυαλίου, καὶ Λακεδαιμονίου.

In Nioben duo legimus p. 17.

Carm. XLII.

Ταῦταλις ἄδε ποχ' ἄδε, δἰς ἐπτῷ τέκνος τεκοῦσσα
γαστοῖ μῆ, Φοῖβῳ θύμα καὶ Ἀστέριδι.
κούρα γὰρ προύπεμφε κόρων φόνν, ἀρσενὸ δ' ἀρσηνὸ
δισσοῖ δὲ δισσάς ἔκπανον ἐβδομάδας.
ἄ δὲ τόσας ἀγέλες ματής παῖδος, οἱ πάρος εὔπαισ
οὐδὲ ἐφ' ἐνὶ τλάριών λείπετο γηροκέρω.
ματήτη δ' οὐχ ὑπὸ παισιν, ὥπερ Θέμις, ἀλλ' ὑπὸ^{ματρὸς}
παῖδες ἐς αἰλυγενοὺς πάντες ἀγόντο τάφους.
Τάνταλος, καὶ δέ σε γλώσσα διώλεσε, καὶ σέο κούραν?
χά μὲν ἐπετρώθη, τοὶ δ' ἐπὶ δέμα λίθος.

Carm. XLIII.

Τίπτε, γύναι, πρὸς Ὁλύμπον αἰναιδέα χεῖρα
νένευκας,
ἔνθεον ἐξ ἀθέου ορετὸς αἰφεῖσα κόμαν;
Λατοῦς παπταλινούσα πολὺν χόλον, οἵ πολύτεκνε,
νῦν σένε τὰν πιρρὰν καὶ φιλάθευλον ἔριν.
οἱ μὲν γὰρ παιδῶν σπαῖχει πέλας ὡδὲ λιπόπνους
πεπλιταῖ. οἱ δὲ βαρὺς πόγμος ἐπικούρεματα.
καὶ μόχθων οὕπω τόδε τοι τέλος, ἀλλὰ καὶ ἀρσηνὸ^{ἔστρωται τέκνων ἐσμὲς ἀποφθιμένων.}
ῳ βαρὺν δακρύσσωσα γενέθλιον, ὕπνος αὐτὴ
πέτρος ἔσῃ Νιόβα, κ' Αἴδη τειρομένα.

In

In Homerum, de cuius natalibus septem urbes
certarent, duo eiusdem extant p. 18.

Carm. XLIV.

Ἐπτὰ πόλεις μάργαντο σοφὴν διὰ ἐίχαν· Ομῆρος,
Σμύγα, Χίος, Κολοφῶν, Ιθάκη, Πύλος, Ἀργος,
Αἴθηνα.

Carm. XLV.

Οἱ μὲν σεν Κολοφῶνα τιθηντείρεσαν, Ὁμηρος,
οἱ δὲ καλὸν Σμύγαν, οἱ δὲ ἐνέπουστο Χίον,
οἱ δὲ Ιὸν, οἱ δὲ ἐβόσσαν ἐυκλαρον Σαλαμῖνα,
οἱ δὲ νη τῶν Δασπιθέων ματέρες Θεσσαλίαν.
ἄλλοι δὲ ἄλλην γαῖαν αἰσχυνοντες εἰ δὲ ἐμὲ Φοίβου
χεὶ λέξαι πινυτάς ἀμφαδάς μανισύνας,
πάγιασσι τελέθει μέγας Οὐρανός, εἰ δὲ τεκουσης
οὐ θνατός, ματέρες δὲ ἐπλει Καλλιόπας.

In primis multa lusit in Myronis buculam, quod
celeberrimi artificis opus Athenis erat; nam
quinque habemus epigrammata p. 21.

LIV.

Α δάμασλις, δοκέω, μικήσεται· ήν δὲ βραδύνη,
χαλκὸς ὁ μὴ νοέαν αἴτιος, οὐχὶ Μύρων.

LV.

Α δάμασλις, δοκέω, μικήσεται· ήν δὲ βραδύνη
οὐχὶ μόνος· πλάτεις ἐμπνεσκαὶ οὐ Μύρων.

LVI.

LVI.

Πηγέσιν μοι τὶς ἀρτόξον ἐπ' αὐχένι καὶ ζύγος θέσθω.
εἰνεκα γάρ τέχνας σεῖο, Μύρων, αἴροσσω.

LVII.

Εἰ μὴ μου ποτὶ τέχδε Μύρων πόδας ἡμίσος πέτρας,
αἴλλαις δὲν νεμίσαν βουσὶ δύμασσεις.

LVIII.

Μέσχε, τί μοι λαργύσεσσι προσέρχεσι; τίπλε δέ
μυκαῖ;
αἱ τέχναι μοιζοῖς οὐκ ἐνέθην γαῖλα.

Praeiuit, si Anthologiae Planudeae fides, Anacreon, qui duo dedit carmina, in Wechel. p. 445.

Carm. I.

Βουκόλε, τὴν ἀγέλην πόρρῳ θέμε* μὴ τὸ Μύρωνος
βοΐδιον, ὃς ἔμπνευν, βουσὶ συντξελάσσῃ.

Carm. II.

Βοΐδιον, οὐ χοάνοις τετυπωμένον, αἴλλ' ὑπὸ γῆρως
χαλκωθέν. σφετέρην Ψεύσατο χειρὶ Μύρων.

Sed Anacreontis hoc esse lusus, dubito; persuasi
sum equidem mihi habeo, multo sequioris ae-
tatis fetus esse. Primus, qui hoc praestantissi-
mum opus commendauit carmine, videtur
Euenus esse, in Anal. Brunck. T. I. p. 165.

Carm.

Carm. X.

Ἡ τὸ δέρας χάλκειον ὅλον βοὶ τᾶδ' ἐπίκειται
ἔκτοθεν, η̄ ψυχὴν ἔνδον ὁ χαλκὸς ἔχει.

Carm. XI.

Αὐτὸς ἐρεῖ τάχα τοῦτο Μύρων· οὐκ ἐπλασα ταύταν
τὰν δέρματιν, ταύτας δ' εἰνόν' ἀπεπλασάμην.

Hos, Euenum et Antipatrum, subsecutātē ingens poetarum multitudo est, qui in commendando hoc artis opere elaborarunt, quorum carmina exhibet Anthologia Wechel. p. 445. Nec intactum Latini reliquerunt, Ouidius A. A. III, 219. ex Pont. IV, 4, 34. Propertius, II, 31, 7. alii. Ita duo Antipater composuit in Sapphus tumulum T. H. p. 25. carm. LXX. LXXI. Quinque item sepulcralia in Anacreontem p. 25. seqq. n. LXXII. LXXIII. LXXIV. LXXV. LXXVI. quae inter reliquas variationes sunt optimae. Vilissimae autem sunt duo sepulcralia in Praxo, Samiam, p. 29. seq.

Carm. LXXXV.

A. Φρείδε, γύναι, γενεὴν, ὄνομα, χθόνα. B. Καλλιέλης μὲν
ὁ σπείρως. Προξώ δὲ σύνομος· γη δὲ Σάμος.
A. σῆμα δὲ τις τοδ' ἔχωσε; B. Θεόνυρος, ὁ ποὺν
ἀθηναῖος
αἱμετέρας λύσας ἀρμάτα παρθενίας.
A. πῶς δὲ ἔθανες; B. λοχίσασιν ἐν ἀλγεσιν. A. εἰπὲ
δὲ πολὺν
ἡλθες ἐς ηλικίην. B. διστάκις ἐνδεκέτις.
A. η̄ πολὺ

A. ή καὶ ἄπαις; B. οὐ, ξεῖνε λέλοιπα γὰρ ἐν
νεότητι

Καλλιτέλη, τριέτη παιδ' ἔτι νηπίαχον.
Α. ἔλθοι ἐς ὀλβίσην ιερὸν τρίχα. B. καὶ σὸν, ὁδῖτα,
οὐρίον ιδύον πάντα τίχη βιότου.

Carm. LXXXVI.

A. Εἰπὲ, γύναι, τὶς ἔφυ; B. Πρηζώ. A. τίνος
ἐπλεο παιγός;

B. Καλλιτέλευς. A. πάτρας δ' ἐκ τίνος ἐστι; B. Σάμου.

A. μνᾶμα δέ σου τὶς ἔτευξε; B. Θεόκριτος, ὃς με
σύνευνον
ἔγετο. A. πῶς δ' ἐδάμην; B. ἀλγεστὶν ἐν λο-
χίοις.

A. εὖ ἔτεσιν τίσιν εῦσα; B. δής ἔνδεκα. A. παιδα
δέ λείπεις;

B. νηπίαχον τρισσῶν Καλλιτέλη ἐτέων.
Α. ζωῆς τέρμαθ' ικοτο μετ' αὐνδρασιν. B. καὶ σέο δοῖη
πάντι Τίχη βιότῳ τερπνῷ, ὁδῖτα, τέλος.

Propositis his magistrorum exemplis, necesse est, ut discipulum in scenam producamus, quum, ut ostendat, quantum magistris illis profecerit, tum ut fidem faciat Ciceronis laudi. Illustrius vero in eam rem exemplum non possumus proferre, quam carmina VI. VII. VIII. IX. Anal. Brunck. T. II. p. 93. quibus trium fratrum germanorum, Damidis, Pigretis, Clitoris, qui venationi operam dederunt, primus ferarum, alter avium, tertius piscium, dona Panis consecrata celebrat. Carmina haec sunt:

Tom. II.

E.

VI.

VI.

Ταῦτά σοι ἐκ τοῦ ὁρέων, ἐκ τοῦ αἰθέρος, ἐκ τοῦ Φαλάσσου

τρεῖς γυναικὶ τέχνης σύμβολα, Πάν, Ἐθεσάν.
ταῦτα μὲν εἰναλίων Κλείτωρ λίνα· καὶ δὲ Πίγεις
οἰωνῶν Δάμης τὰ τρίτα τετραπόδων·
οἱς ἄμα χειροτίσιν, οἵμ' ἡερίσιν ἐν ὀγκοῖς,
Ἄγρεῦ, ἀμὲν ἐν πλωταῖς, αἷς ποιεῖ, αἴρωντος θόρ.

VII.

Σοὶ ταῦτα, Πάν συκοπῆτα, πανάσιλα δῶρα σύναιμος
τρίζυγες ἐκ τρισσᾶς θέντο λινοσασίνες.
δίκτυα μὲν Δάμης θηρών· Πίγεις δὲ, πετεινῶν
λαιμοπέδας· Κλείτωρ δ', εἰναλίφοιτα λίνα·
ἄν τὸν μὲν καὶ ἐσαῦθις ἐν ἥρει, τὸν δὲ σὺ θεῖς
εὐσόχον ἐν ποίτῳ· τὸν δὲ κατὰ δρυόχοις.

VIII.

Ἄγρεύλω ταῦτα Πάνι· βιαστός ἄλλος αἴπ' ἄλλης
αὐθαρμοὶ τρισσοῖ δῶρα λινοσασίνες.
Πίγεις μὲν δειραγχὴς ἐνθρόχον ἄμμα πετεινῶν·
Δάμης δ' ὑλενέρων δίκτυα τετραπόδων·
αἴρουν δ' εἰναλίων Κλείτωρ πόρει· οἱ συ δι' αἰθέρας,
καὶ γὰς, καὶ πελάγεις εὐσόχοι πέμπε λίνα.

IX.

Τρίζυγες, εὐρεσίκε, πασίγνητοι ταῦτα τέχναις
ἄλλος ἀπ' ἄλλοις σοὶ γέρει, Πάν, Ἐθεσάν,
καὶ τὰ μὲν ὄρνιθῶν, Πίγεις· τὰ δὲ δίκτυα θηρῶν,
Δάμης· οἱ δὲ Κλείτωρ εἰναλίων ἔπορε·
τῶν ὁ μὲν ἐν ξυλόχοισιν, οἱ δὲ ἡερίσιν ἐν ἄγρεσι
αἰὲν, οἱ δὲ ἐν πελάγεις εὐσόχοι ἀἴρουν ἔχοι.

At

At enim vero non primus haec donaria carmine ornavit Archias; sed quum argumenti delectu tum tractandi modo praeiuerat Leonidas Tarentinus carmine XIX. T. I. Brunck. p. 225. qui fons reliquorum est.

Οἱ τρισσοὶ τοὶ ταῦτα τὰ δίκτυα Θῆκαν ὄμασμοι,
ἀγρότα Πάν, ἄλλης ἄλλος απ' ἀγρεσίν·
ὅς μὲν ἀπὸ πληνῶν, Πίγης ταύτῃ· ταῦτα δὲ Δᾶμις,
τετραπόδων. Κλείτωρ δὲ τρίτος, εἰναλίων.
ἄνθ' ᾧ τῷ μὲν πέμπει δι' ἡέρος εὐζοχον ἀγην·
τῷ δὲ, διὰ δρυμῶν· τῷ δὲ, δι' ἡίόνων.

Leonidam proxime fecutus est Alexander Aetolus, qui aetate Ptolemaei Euergetae vixit, unus illius celebris Pleiadis (v. Fabric. B. Gr. T. I. p. 665.) apud Brunck. T. I. p. 418. n. I.

Πίγης ὁρνίθων ἀπὸ δίκτυα, Δᾶμις ὄρειων,
Κλείτωρ δὲ ἐμβυθίων, σοὶ ταύτῃ. Πάν, ἔθεσαν,
Ζυνὸν ἀδελφεῖσι Θῆκης γέρας, ἄλλος απ' ἄλλης,
ἰδεῖται καὶ γαῖας, ιδεῖται καὶ πελάγεις.
ἄνθ' ὅν τῷ μὲν ἄλλος, τῷ δὲ ἡέρος, ὃ δὲ ἀπὸ δρυμῶν
πέμπει κράτος ταύτη, δαῖμον, ἐπ' εὐσέβιῃ.

Post hunc Antipater Sidonius eandem rem duobus carminibus n. XV. et XVI. T. II. p. 9. extulit.

Carm. XV.

Πανὶ τάδ' αἰθαιμοι τρισσοὶ θέσσαι ἀρμενα τέχνας.
Δᾶμις μὲν θηρῶν ὄρκυν ὄρειονέμων.
Κλείτωρ δὲ πλωτῶν ταύτῃ δίκτυα· τῶν δὲ πετεινῶν
ἀρρήκτον Πίγης ταύτῃ δεραιοπέδαν.
τὸν μὲν γαῖας ζυλόσχων, τὸν δὲ ἡέρος. ὃν δὲ ἀπὸ λιμνῶν
οὐ ποτε συν κενεοῖς οἷκος ἐδεκτὸ λίγοις.

E 2 Carm.

Carm. XVI.

Εἰναὶ λιῶν Κλείτῳ τάδε δίκτυα, τετραπόδων δέ
Δάμης, παὶ Πίγης θῆκεν ὑπερβόλων
Πανί, καστρυγήτων ἱερὴ τριάς. ἀλλὰ σὺ θῆγην
ἡέρι, κὴν πόντῳ, κὴν χθονὶ τοῦτο νέμε.

Hos igitur omnes Archias ante oculos habuit.
Sed nondum acquieuit poetarum et versificatorum industria. Archiae telam etiam texuit Alpheus Mitylenaeus ap. Brunck. T. II. p. 128. n. II.

Πανὶ καστρυγήτων ἱερὴ τριάς, ἀλλος ἀπ' ἀλλης,
ἀνθετ' ἀπ' οἰκεῖς σύμβολον ἐργασίας.
Πίγης ὄρνιθαν, ἀλιῶν ἀπομοίωσις Κλείτῳ,
ἐμπαλιν ἴωτενῶν Δάμης αὐτὸς σαλίων.
ἀνθ' ᾧν εὐαγρήτην τῷ μὲν χθονὶς, ὃ δὲ δίδοις
ἔξ αλός, ὃ δὲ νέμοις ἡέρος ὥφελίνη.

Julius Diocles Caryilius Brunck. T. II. p. 182. n. II.

Δίκτυά σοι τάδε, Πανί, αὐτεθήκαμεν οἶκος
ἀδελφών,
οἱ τρεῖς, ἔξ ὄρέων, ἡέρος, ἐκ πελάγεων.
[τῷ μὲν ἐν ἡέροιν ηρακάλαιοιν αἴρωντος ἐπελθὼν]
δίκτυβόλει τούτῳ δὲ ἄγκετη θηροτόνοις.
τὸν τρίτον ἐν πληνοῖσιν ἐπιβλεπε. τῆς γὰρ
δαῖμον, ἔχεις ἡμέων δῶρα λινοστασίης.

Satyrus Thyillus ap. Brunck. T. II. p. 276. n. I.

Θηρευ-

Θηρευτής δολιχὸν τόδε δίκτυον ἀνθέτο Δάμις.
 Πίγης δὲ ὁ ἄρνι Θων λεπίσμιτον νεφέλην,
 τριγλοφόρους δὲ χιτῶνας ὄνυκτερέτης θέτο Κλείτωρ
 τῷ Πανι, τρισσῶν ἐργασίην καμάτων.
 ἥλιος ευσεβέσσιν ἀδελφειοῖς ἐπίνευσον
 πῆγα, καὶ ἀγροτέγων κέρδεα, καὶ νεπόδων.

Zosimus Thasius tribus carminibus, ap. Br.
 T. II. p. 452.

Carm. I.

Σοὶ πάδε, Πὰν Θηρευτά, αἰνητίσαντο σύναιμοι
 δίκτυα, τριχθαδίης δᾶρα πυγαγεσίης.
 Πίγης μὲν πτανῶν, Κλείτωρ ἄλλος, ὃς δὲ ἀπὸ^{χέρτου}
 Δάμις, τετραπόδων ἀγκύλος ἵχνελάτης.
 ἄλλας σὺ κὴν δρυμοῖσι, καὶ εἰν αἴλι, καὶ διὰ μέσους
 νέρος εὐαγγεῖον τοισδε ὅιδον κάματον.

Carm. II.

Τρισσὰ τάδε τρισσοὶ Θηραγρέται, ἄλλος ἀπ'^{ἄλλης}
 τέχνης, πρὸς οὐρᾶν Πανὸς ἔθεντο λίνα.
 Πίγης μὲν πλανοῖσιν ἐφεις βολον, ἐν δὲ ἀλίοισι
 Κλείτωρ, ἐν Θηρσὶ Δάμις ἐρημονόμοις.
 τούνεκε, Πάν, τὸν μὲν τε δι' αἰθέρος, ὃν δὲ ἀπὸ^{λόχημης,}
 τὸν δὲ δι' αἰγιαλῶν θὲς πολυαγρότερον.

Carm. III.

Βρεθὺ μὲν ἀγραύλων τόδε δίκτυον ἀνθέτο Θηρῶν
 Δάμις, καὶ Πίγης πληνολέτην νεφέλην,
 ἀπλότο-

ἀπλότατον δ' ἀλλ τοῦτο μιτοβρᾶσθες αἱμφιβλητρον
Κλείτωρ; εὐθήσω Πλανὶ προσευξάμενοι.
τούνεκα, Πλαν, κρατερῷ πορε Δάμιδι ληίδα Θηρῶν,
Πίγην δ' οἰωνῶν, Κλείτουρι δ' ειναιλίων.

et postremo omnium, Julianus Aegyptius, homo seculi Theodosiani, ap. Br. T. II. p. 495. n. IX.

Τυντῶν τρισσατίσιν ἐκ τρισσατίης λίνα Θήρης
δέχνυσθ, Πλάν. Πίγηνς σοὶ γάρ εἰπό πιερύγων
ταῦτα φέρει Θηρῶν, Δάμις. Κλείτωρ δὲ, θα-
λάσσης.
καὶ σφι δὲς εὐαγγεῖν ηέρα, γαῖαν, θάρο.

Mirari subit, quomodo tot poetae in tam vili orbe morari potuerint, et, quidquid in iis erat ingenii, id non rebus praelitantioribus, quae ornatum aliquem poeticum admitterent, dedicarint, sed in res transtulerint, quae, nisi a pietate, commendationem habent nullam. At, ut ingenue profitear, quid sentiam, nihil minus artis atque ingenii requirit, quam tam humilis argumenti aliquoties repetita exornatio; grammatici labor is est, non poetae; atque etiam si poetae aliquando placuerit ita ludere, tantum tamen abest, ut laudem suam eare valde augeri posse speret, ut animi et voluptatis causa ad hos lusos se demittat. Si igitur Cicero Archiam ingenii vires egregias ostendisse eiusmodi lusibus credit, equidem non auctoritati eius ita pareo, ut non aliter iudicem: nam quid praeter aliqua mutata vocabula, et res loco motas et alteram in alterius sedem tractectas, in illis licet inuenire? Bina adhuc in Analectis

Analectis Brunckianis inuenimus talis artis specimen, p. 95. n. X^{IV}. et XV. in statuam Echus, et p. 98. n. XXIV. coll. XXV. in equum, cursu excellentem et multis certaminibus nobilitatum, qui senio confectus, pistriño mancipatus sit; sed in Planudea Anthologia n. XIV. Luciano, et n. XXV. Leonteo tribuitur, ut dubium sit, an Archiae Musa his argumentis se bis exercuerit. Accedit, quod auctoritate Codicis Vaticani carm. XXIV. antiquiori Archiae vetamur tribuere, quam diserte id Mytylenaeo adscribatur. Illa duo in Echus statuam, siue vtriusque auctor sit Archias, siue unius tantum, non in eodem pretio habenda sunt: nam n. XV., quod Archiae etiam in Anthol. Planudea datur, elegans est.

Εὔφημος γλώσση παραμειβεο τὴν λάλων Ἡχῷ,
καύ λάλων· ήν τι κλύω, τεῦτ' απαμειβομένων,
εἰς τε γὰρ ἐν σὐ λέγεις τρέψω λόγον· ήν δὲ σωπᾶς,
σιγήσω· τις ἐμεῦ γλῶσσα δικαιοτέρη;

Nos sic reddimus:

*Dic bona verba; loquax sum, gressu quam
legis Echo,
at non usque loquax; quae audio, reddo modo.
In te, si loqueris, conuerto; si que raccabis,
conticeo; an lingua iustior illa mea est?*

Altero vero nihil frigidius.

Ἡχῷ πετρέσσαν δέσσ, φίλε, Πανὸς ἔταιρην,
αντιτύπον φθογγὴν ἐμπαλιν αἰδομένην,
παντοιῶν σομάτων λάλων εἰκόνα, ποίμεσιν ήδυ
παίγνιον. δέσσα λέγεις, ταῦτα κλύων ἀπίθι.
Quid

Quid vulgarius est, quid tritus, quam quod
Echo vocat αντίτυπον φθογγήν ἔμμαχον αδόμένην;
porro παντοιῶν σφράτων λάλον εἰκόνα? Dici debent ab eiusmodi poeta, quae non statim cuius
succurrunt. Sic etiam ex illis, quae in
equum victorem composita sunt, quod Leonte tribuit Planudes, eo nihil terius, nihil rotundius, ut Simonides id sibi tribui non aegre
tulerit.

'Ο πρὸν ἐπ' Ἀλφειῷ τεφανηφόρος, ὁ πρὸν δὴ
δισσάνι κηρυχθεὶς Κασταλίν παρ' ὑδῷ,
ὁ πρὸν ἐγώ Νεμέη Βεβοημένος, ὁ πρὸν ἐπ' Ισθμῷ
πῶλος, ὁ πρὸν πλανοῖς ἵσα δραμῶν ἀνέμοις,
ιῦν ὅτε γηραιός, γυροδέμον, ἥνιδε, πέτροι
διγένω, τεφέων ὑβρις, ἐλαύνομενος.

At quod Archiae nomen seruat, id stolonibus
horret, qui natuum honorem opprimunt.

'Ο πρὸν αἰελλοπόδων λάμψας πλέον Αἰετὸς ἄπτων,
ὁ πρὸν υποὶ μίτραις κῶλε πάθαψάμενος,
ἢν Φοίβου χρυσμωδὸς αἴθλιον ἔσεφε Πυθῶ,
ἔρνυμενον πλανοῖς ἀκυπέταις ἕκελον,
καὶ Νεμέην βλοσυροῖ τιθηντείρα λέοντος,
Πίσα τε, καὶ δοιὰς ἡρόας Ισθμὸν ἔχων,
ιῦν κλοιῷ δειρὴν πεπεδημένος, οἷα χαλινᾶ,
καρπὸν αἱλεῖ Δηοὺς ὀκριόεντι λιθῷ,
ἵσην μοῖραν ἔχων Ἡρακλεῖ· καὶ γαρ ἐκεῖνος
τόσσος αἰνύσας δούλων ζεῦγλαν ἐφημόσατο.

Quis postulat, ubi Pythici ludi victoriae causa
commemorantur, ut Pytho dicatur φοίβου χρυσ-
μωδὸς; et quis curat Nemeam βλοσυροῖ τιθην-
τείραν λέοντος, si de ludis sermo est? Quid
vulga-

vulgarius est, quam si de Isthmo dicit *δοιάς
ἡρώας Ισθμὸς ἔχων*. Inutiles hae sunt dinitiae,
et possessori nocuae. Liceat tamen mihi a
Planude discedere, et alterum carmen, quod
Leonteo tribuit, Archiae nostro vindicare;
praesertim quem Constantinus, si Brunckio,
cetera quidem non adeo religioso, habenda
fides est, ei iam dederit. Nam praeter Leon-
teum Lamplacenum, Epicureum, de quo Diog.
Laert. X, 25. alium equidem noui nullum;
et, si pro *Λεόντεως* legi placeret, *Λέοντος*, ut
Leo philosophus, imperator Constantinopolita-
nus intelligendus esset, qui A. C. 911. obiit,
aut alter Leo philosophus, illi aequalis (de
quo v. Allatius de Psellis p. 2. seqq.) ipsa car-
minis praestantia prohiberet, ne id in hanc
euangelicentis Graecae puritatis aetatem reiicere-
mus, quum hunc philosophum, quisquis fuerit,
tam niendum quid et contum non potuisse
scribere, nugaē istae doceant, quae sub eius
nomine extant ap. Brunck. T. III. p. 128. Si
tamen non placet Antiocheno Archiae Con-
stantini auctoritate id tribuere, certe aut *Λε-
οντίου* legendum est, ut Leontium *Ἐλληνα*, phi-
losophum vel scholasticum, patrem Eudoxiae,
quae Theodosio iuniori nupsit, intelligamus,
cuius reliquias Brunckius habet T. III. p. 103.
haud illas contemendas; aut *Λεωνίδου* rescri-
bendum, ut Tarentinus ille sit poeta, cuius
iam mentionem fecimus; et hoc quidem eo
magis posset arridere, quod et alia carmina
Leonidae huic nomini tributa sunt, ut carm. I.
ap. Br. T. I. p. 220. quod Doruilius quidem
(ad Charit. p. 217. Lips.) Leonidae adscribit,
et, iam ante eum Leo Allatius (*Συμπλοκὴν* lib.

VII.

VII. v. Fabric. Bibl. Gr. T. XIV. p. 14.), Codex tamen Lipsiensis et alii, quos Bataeus ille ante oculos habebat, Leoni (cf. Reisk. Not. Poet. Anth. p. 227.); et quod Archias solitus est, ut iam monitum, imitari Leonidam; quare videri posset in hoc altero carmine cum eo certasse, ita tamen, ut inferior discederet. Huic certe sententiae mallem calculum meum addere, quam illi Brunckii, qui (in not. ad Anal. Lect. p. 148.) fuscipatur, Mitylenaei Archiae esse: contendere enim ausim, eum, qui alterum carmen scriperit, languidum illud et elumbe, et quem Codex Vaticanus, ut iam dictum, Mitylenaeum perhibet, huius, ubi ingenium spirat et sensus viget, esse non posse auctorem. Si vero aliquis c. XIV. in Echo nostro Archiae abiudicare voluerit, et Mitylenaeo, haud dubie iuniori, tribuere, is me non refrangentem habebit: nam et hic imitatorem agere maluit, quam proprio ausu eniti; ut in carmine XXII. in Maisyam ab Apolline tibia victum et arbori appensum, quod, teste Brunckio (in Not. ad Anal. p. 148.), Codex Vat. Mitylenaeo diserte tribuit, poeta ante oculos habuit Alcaeum Messenium c. X. T. I. Anal. Br. p. 488. Nam hic ita canit:

Οὐκέτ' αὖτε Φευγίην πιτυοτρόφον, ὡς ποτε, μέλψει,
κροῦμα δί' εὐτερήτων φθεγγόμενος δονάκων,
οὐδὲν ἐνὶ σαΐς παλάμαις Τειτωνίδος ἔργον Ἀθάνας,
ὡς πρὸν, ἐπανθίσει, νυμφογενὲς Σάτυρε,
δὴ γὰρ ἀλυκοπέδαις σφῆγγη χέρας, σύνενο
Φοίβω,
Θυατὸς ἐών, θείαν εἰς ἔργον ἥντισσας.

Ita

Ita vero Archias.

Αἰωνὶ Θίγειον ἴμασσόμενος δέμας αὐχεῖς,
τλάμυν, προστηθεὶς ἐκ λασίας πίτυος,
αἰωνὶ Φοίβῳ γαδὸν ἀνάργοιν εἰς ἔρην ἔστη,
πρῶνα Κελανίτην ναιετάων, Σατύρε.
τεῦ δὲ Βοὺν αὐλοῖο μελιθρομον εὐκ ἐτι Νύμφαι,
ώς πάρος, ἐν Φρυγίοις εὑρεσι πευσόμενα.

Quis hic non imitatorem agnoscit? Procul du-
bio *Aegialiς νεάτερος*, cuius est, teste Codice
Vaticano, carm. XX., non aliis est, quam Mi-
tylenaeus; quisquis est, imitatus est in Epi-
phonemate ad Mercurium:

Ἐφῆ Καρυπίων ναῖλων πόλιν, ὡς σίνε, χαίροις
Ἐφῆ, καὶ λιτῇ προσγελάσσους ὅσην.

Scolion veterum Graeciae ap. Brunck. T. I.
p. 156. n. VIII. ex Athenaeo lib. XV. p. 694.
quod, quia pessime habitum est, et a Brunckio
supina negligentia tractatum, quum ne hoc
quidem vidisse videatur, vitiis illud scatere, eo-
que procererit, vt duo scolia et metro et ar-
gumento diuersa in unum coniungeret, hic
emendatum et numeris suis (Brunckius, qui-
bus numeris adstrinxerit, haud dubie ipse ne-
scit) redditum apponam; praesertim quum hoc
Archiae iunioris epiphonema, ad illud forma-
tum, expeditius corrigendi negotium faciat.
Legas igitur Scolion hoc modo:

ὡς Πάν, Ἀριαδίας μεδάνη κλείννας,
σφεχηστὴ, βρομίας οπαδὲ νύμφαις,
γελάσσαι, ιὼ Πάν, ἐπ' ἐμάσ
εὐφρεσύναις αἰοδαῖς κεχαρημένος.

Reliqua

Reliqua, quae Brunckius Aegyptia caligine obcoecatus his annexit, per se scolion constituant hoc metro legendum:

ἐνικήσαμεν ἡδὲ ἐβουλόμεσθα
καὶ νῦν ἔδοσαν οἱ θεοὶ φέροντες
παρὰ Πανδόσου, ἡδὲ φίλην Ἀθηνᾶν.

Sed ad Archiam Antiochenum reuertamur. Habet is etiam alia, quae et argumenti delectu, et dictionis venustate se commendant, vt c. XII. in Aprum Calydonium ex aere formatum; hunc tam viuidis coloribus pingit, vt signum coram videre tibi videaris, et vt incertum sit, vtrum artifex naturam in apro formando fidelius expresserit, an poeta artis opus melius mentis oculis subiecerit. Vide ipsum carmen.

Χάιλκεος· αὐλαὶ· αἴ Θηρῶν ὅσον Θραστὸς ἀνυτε πάπερον
οἱ πλάσας, ἔμπουν Θῆξα τυπωσάμενος,
χαῖτας αὐχενίους πεφρικότα, Θητίλον ὄδόντα
βρύχοντα, γλήναις φρυγίον ιέντα σέλας,
αφεῷ χείλεα πάντα δεδεμένον. οὐκέτι θάμβος,
εἰ λογάδα σρατιὴν ὥλεσεν ήμιθέων.

Nec spernenda sunt carmina in Priapum n. XVI. XVII. prius in Priapum ad Thraciae Bospori litus collocatum, et a nautis cultum; posteriorius in eundem in litore, forma parua, acuminato capite, et sine pedibus, a piscatoribus erectum. Clausulas addit cum arguento congruentes; priori quidem, commemorative muneribus, quae offerri solerent: οὐδὲ ἐκατόμβη τόσον, ὃσον τιμὴ δαίμονιν ἀνδάνεται; posteriori:

steriori: ἥ γὰρ απ' ἔργων δαίμονες οὐ μορφιᾶς γνωστὸν ἔχουσι τύπον. Iam, et si tantum abest, ut eiusmodi clausulae cum acumine, quale Martialis addere solet, et quod Lessingius necessariam epigrammatis partem haberi iubet, comparari possint, tamen neminem fore arbitror, qui carmina ea de causa reiicienda putet. Nec minus se commendat poeta tenerioris sensus hominibus carmine XXVI. in hirundinem, nidum cum pullis super tabula, in qua erat Medea imago picta, habentem; quod sic vertit Frischlinus.

*Quae per terram omnem, perque aequora
cuncta volasti*

*Medeae in tabula ponis, hirundo, larem;
Quid fidam pullis speras hanc esse futuram
Quae prius in natos saeuit ipsa suos,*

Vltimum distichon non exhaustit Graeca: ἔλπη δὲ ὀρταλίχων πίσιν σέο τὴνδε φυλάξειν: nam desideratur illud σέο, quod propter sequens ἴδιων non debet negligi: melius reddit *Dan. Alsvortus*:

*An tibi custodem pullorum Colchida fidam,
speras, quae natos sustulit ipsa suos?*

Frigidius est carmen XXVII. in Herculem, qui Nemeum leonem occiderat; causa videtur esse, quod Damagetam (T. III. Anal. Brunck. p. 531.) idem argumentum, non tamen fauentioribus Musis tractantem, aemulatur. Nam hoc animaduertisse mihi videor, poetam nostrum, ubi imitatur alium, aut saltē aemulatur, semper fere iratis Musis vti. Sic in carmine XXIX. in *Cicadam*

Cicadam mortuam imitatur Niciam c. VIII.
(Anal. Br. T. I. p. 249.) et Meleagrum carm.
CXL. (T. I. p. 32.).

Πρὸν μὲν ἐπὶ χλωροῖς ἐριθηλέος ἔργεσι πεύκας
μῆμενος, οὐ σκερᾶς αἰροκέμου πίτυος,
ἐκρεκες εὐτάχοσοι δι' ἵξος, αὔχέτα, μολπᾶν,
τέττιξ, οἰονόμοις τερπνόλεγα χέλυος
νῦν δὲ σε, μυριάκεσσον ὑπ' εἰνοδίοισι δαμέντα,
Ἄιδος αἴπεροιδής αἱμφεκάλυψε μυχός.
εἰ δ' ἑάλως, συγγρωτὸν, ἐπεὶ καὶ κοίρανος ὄμρων
Μαιονίδας γρύφοις ἵχθυβόλων ἔθανε.

Quam absurde ait: *ἐκρεκες εὐτάχοσοι δι' ἵξος μολπᾶν*; et quam mirum in fine addit cantatrici solatium: *εἰ δ' ἑάλως, συγγρωτὸν, ἐπεὶ καὶ κοίρανος ὄμρων Μαιονίδας γρύφοις ἵχθυβόλων ἔθανε*. Paulus felicius versatus est in pica, quae loqui didicerat, fatis functa commendanda c. XXVIII. sed, quod equidem sciām, neminem imitatus est. Fortalle etiam placeret c. XXX. in Delphinem in litus eiectum, si nesciremus eum imitatum esse Anyten c. XII. (T. I. p. 199.); huius enim poetiae si legerimus nitidissimos versus, non poterimus amplius inanem eius ferre doctrinam, aut plausu accipere, si Delphinem vocat *ἵσον περιῶν Μαλεῖν*. Sed ut facilius fiat iudicium, utriusque Musae opus hic iuuat apponere:

Anyte.

Οὐκέτι δὴ πλωτοῖσιν ἀγαλλόμενος πελάγεσσιν
αὐχέν' αναρρίψω βυσσόθεν ὅρνύμενος,
οὐδὲ παρ' ευταύλμοιο νεώς περιπέλλεσα χείλη
ποιρύξω, τάμαξ τερπόμενος προτομῷ.
αἴλαε

ἀλλά με πορφυρέα πόντου νοτίς ὡσ' ἐπὶ χέρσου,
κεῖμαι δὲ ἔσδιναν τάνδε παρ' ηύσα.

Archias.

Οὐκ ἔτι παφλάζονται διαίστων βυθόν ἄλμης,
θελφίς, πλούσεις εἰναλίων ἀγέλας,
οὐδὲ πρὸς εὐτερότοιο μέλος καλάμοιο χορεύων
ὑγρὸν ἀναβρήψεις ἄλμα παρὰ σκαφίσιν.
ἢ γεργίσσον προῦνι Μαλεῖς, ὡς ἐκυκῆθη,
κῦμα πολυξύντος σ' ὥστεν ἐπὶ Φαμάδους·
οὐδὲ σὺ γ' ἀφράτας Νηρηΐδας, ὡς πολὺ, φείων,
νάτοις πορθμεύσεις Τηθύος εἰς πέροσα.

Interdum tamen imitatur, vt parum cedat exemplo, vt carm. XXXIV. in Diogenem Cynicum Acheronta traiicere cupientem; imitatus est Leonidam Tarent. c. LIX. (pl. I. p. 235.) et Antipatrum Sidonium c. LXXX. magis tamen priorem, et meo quidem sensu versus sunt rotundiores adeo et comtiores, quam Leonidae; una notionum in sententiis variatio, quae Leonidam commendat, quodammodo defideratur; v. c. quum Archias ita alloquenterem facit Charentem: "Αἴδος ὡς νεκυηγές, κεχαρημένες δάκρυσται πάντων, ὃς βαθὺ πορθμεύεις τοῦτον" Αχέροντος ὕδωρ, rectius Leonidas eum ita dicentem inducit: "Αἴδεω λυπηρέ δημηόνε, τοῦτον" Αχέροντος ὕδωρ ὃς πλώεις πορθμίδι κυανέν: Archias, quod vtitur verbo νεκυηγές, in sequentibus nihil noui potest dicere: sed Leonidas, quum dicat δημηόνε, reliquit sibi, quo ministerium accuratius definit et exornet; et quam apte tribuit ei πορθμίδα κυανέν. Cedit Leonidae in carmine III. in Apoplithegmate de amore, si imitatus est Leonidam carm. LIII. Leonidas sic habet;

E:

Εἰ καὶ τοι πλέοντες ταχιναὶ περὶ νῶτα τέταγη,
καὶ Σκυθικῶν τόξων ἀκριβολεῖς ἀκίδες,
φεύξομ', Ἐρώς, ὑπὸ γάν σε. τί δὲ πλέον; οὐδὲ
σὰν ἔφυγε φάμαν πανδαμάτως Ἀΐδας.

Archias quomodo haec expresserit, nunc percipe:

Φεύγειν δὴ τὸν Ἐρωτα κενὸς πόνος. οὐ γαρ ἀλιξώ,
περὸς ὑπὸ πληνοῦ πυκνὰ διωκόμενος.

Omnino parum litasse videtur Amori et Veneri: nam carm. I. et II. in Amorem, etiamsi ipse caluerit, quum conderet, tamen sunt frigidiuscula; et sic eriam carm. XIII. in Venerem ab Apelle pictam, ut e mari egredetur, palmam Leonidae carm. XL. (T. I. p. 251.) eiusque imitatori Antipatro c. XXXII. relinquuit. Vid. Leonidae Tarent. epigr. in Vener. Anadyom. Vol. I. p. 39. In dedicatoriis, vbi nulla est argumenti dignitas, nugatur fere, ut, quos duces sibi elegit, Leonidas et Antipater; et difficile est, dijudicare, quis horum triumvirorum nugator sit maximus. Constanter Antipatro argumenta sublegit; ipse vero fucum alium, quam quem inuenierat, inducit. Ut lector ipse iudicare possit, videatque verum esse, quod dixi, huiuscetiam rei exemplum apponam.

Archiae carm. V.

Σάνδαλος ταῦτα βίτινα πολυπλέκου δὲ Φιλανίς
πορφύρεος χαῖτας ἐύτορες κεκρύφαλον.
ξανθαὶ

Ξανθά δ' Ἀντίκλεια νόθον κεύθουσαν ἄημα
ξιπίδαι, τὰν μαλεὸν Θάλπος αἰμυνομέναν·
λεπτὸν δ' Ἡράκλεια τόδε προκάλυμμα προσώπου
τευχθὲν, ἀρσαχνάης εἴκελον ἀρπεδόσιν·
α δὲ καλὸν σπερχράμα περισφυρίοισο δράκοντος
οὔνομ' Ἀριστέλεω πατέρος ἐνεγκαμένη·
ἄλικες σύγλασσαι δῶρα, γαμοσόλε, σὸι τάδε, Κύπρι,
ἄπασιν, αἰγαλῶν Ναυκράτιδος ναέταμ.

Antipatri Carm. XXI.

Σάνδαλα μὲν τὰ ποδῶν θαλπτήρια τῶντα βί-
τινα,
εὐτέχνων ἔρατὸν σκυτοτέμων κάματον·
τὸν δὲ φιλοπλέκτοιο κόμας σφιγυτῆρα Φιλανίς,
βαπτὸν ἀλὸς πολῆς ἄνθεσι κεκρύφαλον·
ξιπίδα δ' Ἀντίκλεια καλύπτειραν δὲ προσώπου,
ἔργον ἀρσαχνάσιος νήμασιν ἴσομαρον,
α καλὰ Ἡράκλεια τὸν εἰσπειρὴν δὲ δράκοντα,
χειρείον ἔσδινῶν κόσμον ἐπισφυρίων,
πατέρος Ἀριστέλεους συνομάνυμος· αἵ συνομῆτεις
ἄλικες Οὐρανίη δῶρα Κυθηρίαδε.

Non sine delectatione videre licet, ut alter alterum superare laboret. *Sandalia* vocat Antipater τὰ ποδῶν θαλπτήρια, εὐτέχνων ἔρατὸν σκυτοτέμων κάματον; *Archias* sine ornamento Σάνδαλα; quod magis placet. *Reticulum*, quod Philanis confeccavit, Antipater appellat σφιγυτῆρα φιλοπλέκτοιο κόμας, βαπτὸν ἀλὸς πολῆς ἄνθεσι; quam doce! Archias melius: πολυπλέκτου πορφύρεον χαῖτης βύτορα. Suauius tamen est φιλόπλεκτος Antipatri, quam πολύπλεκτος Archiae. *Flabellum* simpliciter nominat Antipater; Archias mirifice exornat, dicens νόθον

Tom. II.

F

κεύθου-

κεύθουσαν ἄμμα, τὰν μαλερὸν θάλπος ἀμυνόμεναν.
 Ridicule νόδον κεύθουσαν ἄμμα! *Flammieum* est
 Antipatro ἔργον ἀραχνάεις νήματον ἰσόμορον; hoc
 aliis tantum verbis expressit Archias: ἀραχνάεις
 ἐπελον ἀρπεδόσιν. *Tatorum vincula* Antipa-
 ter dicit εὐσπαρεῖ δράκοντα, χεύσετον ἁσδινῶν κό-
 σμον ἐπισφυρίων. rotundius et teritus Archias:
 παλὸν σπείραμα περισφυγίο δράκοντος. Alia
 exempla si quis habere cupit, is videat Ar-
 chiae c. XI. coll. Antip. Sid. c. XXVI. et
 XXII. Archiae carm. IV. coll. Antip. Sid. c. X.
 Ita etiam magistrum fecutus est Leonidam in
 carm. X. quod conferendum est cum carm.
 XXV. Leonidae. Mira voluptas est, videre,
 quomodo poetae, quorum neutri vis deest in-
 genii, ineptiis certent. Quod Leonidas carm.
 I. quod in pīscatoris instrumenta Priapo dicata
 compositum est, dicit εὐκαρπὲς ἀγκιστρον, sim-
 pliци epitheto contentus, id exornat Archias:
 γαρψὸν χάτηπον ἐφ ἵππεῖσι πεδήθεν ἀγκιστρον,
 ηρυφίην εἰναλίοις πάγην; quam doce! quam in-
 epte! At quod Leonidas τερχὺν τριδόντα, Πο-
 σειδανίον ἔγχος, (quae ampulla!) appellat, id
 simpliciter Archias δένακα τριτάνιον. Idem
 certamen inire Archiam videoas cum Antipatro,
 ut carm. XI. de instrumentis trium textricum.
 Antipater dixerat c. XXII. κερκίδα εὐποίητον,
 ἀηδόνια τὰν ἐν ἐρίθοις, εὐηρέτοντος ἡ δένερην μί-
 τους; et carm. XXVI. κερκίδα τὰν ὅρθεντος χελι-
 δονίδαν ἄμμα φωνὴ μελπομέναν, ίσῶν Παλάσδος
 ἀλκυόνα; Archias: πολυσπαθέων μελεδίμονα κερ-
 κίδα πέπλων εὐθρον; Antipater (c. XXVI.): τὸν
 καρηβοσέοντα πολυφύδοιβόητον ἀτρακτον πλωσῆρε
 τρεπτᾶς εὐθρομον ἀρπεδόνας; Archias: ἀραχνάειο
 μίτου πολυδίνεα λάτειν, ἀτρακτον; Antipater
 (c. XXVI.):

(c. XXVI.): τόνδε φιληλάκατον παλαιώσιον σα-
μένος σύσκητοῦ καὶ τολύπας φύλακα; hoc breuius
Archias εἰσοχαρῇ τάλαρον, sed nihil melius.
Si quaeris, unde habeant eiusmodi cupedias:
vierque ex Leonida v. c. carm. IX. (Tom. I.
p. 222.)

Αὐτονόμοι, Μελίτειοι, Βοῖοιον, αἱ Φιλομήδαι
καὶ Νικοῦς Κερῆσσα τρέας, ξένε, Θυγάτερες.
οἱ μὲν τὸν μιτόεργον σεισθήτον ἀτραπτον,
οἱ δὲ τὸν ἐρενίταν εἰσορόμον τάλαρον,
οἱ δὲ ἄλλα τὰν πέπλων εὐστέγον ἐργάτειν. Ισῶν
νερκίδαι, τὰν λεχέων Πανελόποιος φύλακαι,
δάρον Ἀθαναίοις Πτανατίδι τῷ δὲ ἐνὶ γαῶ
Θῆκεν, Ἀθαναίας πανούσμεναι κομάστων.
οὖν χέρες αἱ σὺ, Ἀθανά, ἐπιπλήσσεις, ἐσοπίσσω
Γεῖν δὲ εὐστρίψους ἐξ οἰλιγητοπύνων.

Cum hoc conferri poterit carm. VIII. Vnum
adhuc restat carminis genus, quod Archiae
Musae attingere placuit, scilicet historiolae ver-
sibus narratae vel apologi; duo quidem eius-
modi carmina in epigrammatum, quae ei tri-
buuntur, farragine reperio, carm. XXI. et
XXIII. Sed prius pertinet ad Archiam Mity-
lenaeum; et si fatendum sit, posteriori, quod
omnium codicum consensu Antiocheni est, id
esse anteferendum. Etiam huius moris historio-
las epigrammati habitu exornandi, nisi me
omnia fallunt, auctor fuit Leonidas Tarenti-
nus. Est quidem inter Platonis iunioris, qui
circa Olymp. CXX. floruit (v. Fabric. Bibl. Gr.
T. I. p. 784.), eiusmodi historiola de coeco et
claudio, nostra aetate per Gellertum nobilita-
ta, sed vereor, ut auctor sit Plato iunior, Co-

micus. Haud dubie Plato aliquis est, qui se-
riori aevo vixit. Hanc enim ipsam historiolam
primum tractasse credo Leonidam Tarentinum.
Extat ea inter carmina Leonidae Alexandrinī
n. XXXIV. ap. Br. T. II. p. 197.; quo iure
autem, frustra explorare labores ap. Brunck-
ium, qui talia monere superfluum dicit:
certe in Planudea Anthologia p. 8. simpl. extat
nomine Λεωνίδου. Ea vero sic se habet:

Τυφλὸς ἀλητεύων χωλὸν πόδας ἡέρταζεν,
οὐμασσιν ἀλλοτρίοις αὐτεργανήζομενος.
ἄμφω δὲ ήμιτελεῖς πρὸς ἐνὸς φύσιν ηγμόσθησαν,
τούλλιπτες ἀλλήλοις αντιπορευοσθόμενοι.

Imitatus est, vt satis manifestum, Antiphilus,
qui tamen paulo ante Leonidam Alex. vixit,
vel certe aequalis eius fuit. Eam imitationem,
quam esse ipsum opusculum satis prodit, quo-
modo tribuere Brunckius possit Platoni iunio-
ri, illi, qui aliquot Olympiadibus ante Taren-
tinum poetam vixit, ipse viderit; ego certe
hoc non magis intelligo, quam ipse, vt in no-
tis ait p. 31, cur Antiphilo Planudes tribue-
rit; quod ego tamen et intelligo et explicare
scio. Scilicet Planudes, et si monachus, ta-
men Francogallico critico religiosior fuit; duo
diuersorum scriptorum epigrammata, etiam si
eiusdem argumenti essent, coniungere et alte-
rum operis sui gloria defraudare noluit. In Co-
dice Vaticano, vt Brunckius ipse monet, pri-
mum distichon illius carminis, quod Platoni
iuniori tribuitur, finit paginam. Sequeus au-
tem pagina a disticho incipit ἄμφω μὲν, ad quod
annotauit librarius: εἰς τὸ αὐτὸ, περὶ τε τοῦ
τυφλοῦ

τυφλοῦ καὶ τοῦ χωλοῦ, ὅτι ἀλλήλοις τὸ ἐλληνικὸν
ἔδανεῖσθαι. Hoc librarium in aliis facere con-
fuerit, quum in duas paginas diuisum est epi-
gramma, ut in altera argumentum iterum re-
ponat, idem testatur Brunckius. Itaque suspi-
catur, hoc Planudi fraudi fuisse. Ego vero
persuasum mihi habeo, hanc librarii notam
non totam a librario esse: verba εἰς τὸ αὐτὸν
sunt ex lemmate, quod per παρόργαμα omissum
erat; nomen Ἀντίφιλου, quod Planudes appo-
nuit, quodque vide habeat, Brunckius non
potest diuinare, is haud dubie in suo codice
adscriptum inuenit, ubi sic se habebat margi-
nalnis nota: εἰς τὸ αὐτὸν Ἀντίφιλου, περὶ τε τοῦ
τυφλοῦ κ. λ. In exemplo Vaticano nomen Ἀν-
τίφιλου propter cognatam scriptio[n]em verbo-
rum τοῦ τυφλοῦ excidere facile potuit. Ergo
satis religiosus fuit monachus Constantinopoli-
tanus in dissecandis epigrammatis, quae libra-
rii incuria in unum coauerant; sed religioni
defuit felicitas. Platoni iuniori, quisquis fue-
rit, unum dedit distichon; Antiphilo tria. Sed
tribuenda sunt duo disticha Platoni iuniori;
duo Antiphilo, in hunc modum!

Platonis Iun. Carmen.

Ἄνέρα τις λιπούργιον ὑπὲρ νάτοιο λιπανγῆς
ῆγε, πόδας χείσας, ὄμματα χειροσάμενος.
ἄρμφω μὲν πηγοῖς καὶ ἀλήμονες, ἀλλὰ ὁ μὲν ὄψεις,
ἐσ δὲ βάσεις ἀλλοι δὲ ἀλλοι ὑπηρεσίη.

Antiphili Carmen.

Τυφλὸς αὐτὴς χωλοῖο πατωμαῖδιον βάσεος σφόδρας
ἀτρεπτὸν ὄθνεισις ὄμμασιν αἰροβάτει.
π. μίσ

ἢ μία δ' ἀμφοτέροις ἡγετεῖ φύσις· ἐν γὰρ ἑκάστῳ
τοῦλληπὲς ἄλλήλοις εἰς ὅλον πρόσθισται.

Nunc perpendat, quaeſo, cui tales res curae ſunt, quomodo Brunckius ſcribere poſſit: *vnum* eſſe (epigramma) *manifestum* eſt: nonne duo eſſe, manifestum eſt? Manifestum vero et hoc eſt, Antiphili carmen ex imitatione Leonidae natum eſſe; non vice versa. Vix enim imita‐ tor dixerit αὐτοῖς pro κατωμάδιον Βάρος αἴ‐
ցων; vix ὅμματοι ἄλλοτεροις ἀντειποῦμενος pro‐
άτραπον ἀδνέοις ὅμματοιν αὐτοβάτεν; contra,
quae simpliciora ſunt, per imitationem artiſ‐
cioſiorem habitum aſſumunt; ſic pro ἀμφω δ'
ἡμιτελεῖς πρὸς ἐνὸς φύσιν ἡγμόσθιον, quo nihil
cum natura conuenientius, imitatore dignum
eſt ἢ μία δ' ἀμφοτέροις ἡγετεῖ φύσις. Serioris ae‐
tatis fetus eſt ille lulus, qui Platonis iunioris
nomen in fronte gerit; quod iam prodit λιπό‐
γυνος et λιπανγής. Χείσως, χεισάμενος, alia.
Omnes tres Leonidam Tar. Platonem iunior‐
rem, et Antiphilum imitatus eſt Philippus c.
LXIX. ap. Br. T. II. p. 231, maxime tamen
Antiphilum.

Πηρὸς ὁ μὲν γυνος, δ' ὁ δέ τοι ὅμματοιν ἀμφότε‐
ροι δέ
eis αἵτους τὸ τύχης ἐνδεῖς πρόσθιſαι.
τυφλὸς γὰρ λιπόγυνον ἐπωμάδιον Βάρος αἴցων,
τοῖς κενοῖ φωναῖς ατραπὸν ἀρθοβάτει,
πάντα δὲ ταῦτ' ἐδίδαξε πικρὴ παντόλμος ἀνάγκην
ἄλλήλοις μερίσα� τούλληπὲς εἰς ἔλεον.

Praeter hanc historiolam quam modo Tarentino
epigrammatographo vindicauimus, alia inter
eius

eius carmina extat n. LXI. T. I. p. 256. Aesopicae fabulae simillima, terfa etiam et elegante oratione composita. Ausam Leonidae dedisse videtur Simouides, quis tamen sit, quum plures fuerint huius nominis, incertum, qui res, quae vere acciderant, epigrammatis celebrauit, vt carm. LXIV. T. I. p. 158. (sed tribuitur etiam Hedylo et Asclepiadi, v. Br, not. p. 21.) et c. XCVI. p. 144. et, quod iunioris Reiskius esse arbitratur, c. CXII.; quod imitatus est Dioscorides c. XI. T. I. p. 495. Quem mortem etiam post Leonidam retinuerunt celebris nominis poetae, vt Callimachus c. LX. Dioscorides XXXIII. et XXXIV. Tymnes IV. p. 505. vt vel virorum vel mulierum fortiter facta ad posteritatem transferrent. Primus tamen, qui historiolas fingeret, vt aliquod morum praeceptum inde duceret, suit, opinor, Leonidas; quod perpetuus eius imitator, Antipater Sidonius, imitari non neglexit; at vero, vt in aliis, ita in hoc etiam genere cedit plerumque archetypo. Sic carm. LXIV. de Lampone, cane venatico, quem suis occiderit, et frustra pedibus fontem effodere laborabit, addit: οὐδέτερος. Νύμφαι Δάμπτωνται πταμένων μηνὸν Ἐθεοῦ ἐλάφων. In carm. CII, narrat, puellam nauis parietes ascendisse et in mare deieatum Borea, addens: Ινει, ανεκτίεμων τις ἔφευς θεός, οὐδὲ Μελικέργετεως ἄλιος εἰν 'Αιδηνη πηγὴν απηλάσσω, cf. carm. CIII. quod similis farinae est. Interdum, sine acumine, quod ipsi visum esse debuit, narrat, vt carm. XCIV. et XCV. Non igitur mirum est, Archiae etiam in mentem venisse, tentare, quid in hoc genere humeri valerent: narrat carmine iam ante indicato, turdos

dos duos et merulam in decipulas simul esse delapsos; illos, ut capti fuissent, detentos fuisse, hanc vero dimissam; addit ἵζεν σύμπολον ἔτυμον γένος· ή δέσμος πολλὴν καὶ καφαῖ πτωτῶν φροντίδος ἔχουσι πάγαι. Mirarisne, lector, vnde frigidus lusus? Ex Antipatro habet c. LXII. p. 25. a quo non solum rem mutuatus est, sed etiam clausulam, ac nihil mutauit, nisi, quod Antipater *duas* decipulas et *vnum* turdum cum merula in eas delapsos singit; hoc ita variauit, ut duos turdos et vnum rete induceret. Nec Antipater ingeniosius claudit: ἢ γὰρ αἰσθῶν φειδὼ κανὸν καρφᾶς, ξεῖνε, λινοσασίας. Vtrique palinam praeripuit seculi sexti post C. N. homo, Paulus Silentarius, qui carmine LXXXII. (T. III. p. 93.) eandem rem tractat; sed quam ingeniose addit: ἢ τάχα που τειμάκαρος φιλαγγέτης ὅρνιν αἰσθὸν Ἀρτεμίσιον εὐμελπω λύσει ἀνακτιλόγησ.

Ex his igitur, quae hic usque disputauimus, quiuis, spero intelliget, Ciceronem, in laudibus Archiae celebrandis, plusculum amicitiae tribuisse, quam concedebat veritas; et iudicium de eo ita capiendum, ut, quod alii statuerent, magis expressissime videatur, quam quod ipse, si veritati litare voluisset, iudicaturus fuisse. Quae laudari in Archia recte potuit, insignis est puritas orationis, quam ex lectione antiquorum poetarum sibi comparauerat; ex qua si censere eum volueris, vix credere poteris, eum tam sero et in peius degenerante aeuo in viuis fuisse. Nec minus credere fas est, eum memoria fuisse praeditum felici, et rerum, quae aut legerat aut audiuerat, mirum in modum tenaci; ut, si minus ex se ipso haurire

rire posset, quod exornaret, ex memoriae
 promtuario id deponeret. Ex his, quae ad-
 huc habemus, brevioribus poeseos monumen-
 tis si coniectura ad epica, quae condidit, car-
 mina valet: equidem mediocri dolore lugen-
 dum censeo, quod temporis iniuria in ea lae-
 viit, ac ne vestigium quidem ullum ad nos
 peruenire sicut. Nam rerum, quae poeta ex
 se progignere et iis, quae acciderunt, intexere
 debet, ut totum aliquod, quod ipsa illa, quae
 natura producit, quum splendore tum nexus
 superet, insigni videtur laborasse penuria:
 quum enim tam vilia argumenta tractaturus
 auxilium circumspiceret, et, ubi innenerat,
 secundus, quis praestaret, bonus an malus es-
 set, in usus suos adhibuerit; quid secisse eum
 existimemus, quum Marii aut Luculli res ge-
 stas epico carmine caneret? Haud dubie nihil,
 nisi historiam exhibuit versibus descriptam; et,
 si quid laudandum istis in carminibus fuit, id
 fuit, quod res easdem commutatis verbis enun-
 ciarit, et, quod in rerum varietate desidera-
 batur, id varietate verborum, et culta oratione,
 antiquitatem redolente, compensarit.
 Quod Cicero testatur, cum applausu excepta
 esse a Romanis, quae Archias in laudem eo-
 rum cecinisset; id non efficit, ut alio modo iudicium
 moderandum sit. Nam constat, lau-
 dem, si pretium inesse velimus, a laudato viro
 proficiisci debere, id est, ab eo viro, qui in
 hoc genere virtutis, quod laude sua ornat, ipse
 excellat: quid vero pretii esse putabimus laudi,
 quam Marius ei tribuit, Marius, quem durio-
 rem ad haec studia fuisse ipse Tullius non re-
 ticet, et historia rerum Romanarum clamat?

quid

quid ponderis habebit laus Luculli? Nam etsi hic non modo res gestas, sed etiam studium atque aures adhiberet, pro certo tamen affirmare ausum, eum ex gloriae, quae per Archiae carmina ei accedebat, modulo omnia dimensum esse, et valuisse de eo, quod orator assert de Themistocle, eius vocem eum audiisse libentissime, a quo virtus ipsius optime praedicaretur. Nec maiorem habere poterunt auctoritatem, Metelli, Numidicus et Pius, M. Aemilius, Q. Catulus, pater et filius, L. Crassus, Cato, Hortensi, Octauii, qui summo poetam asficiebant honore: omnes enim Romani erant, hoc est, homines rerum fortiter gestarum non minus, quam laudis atque honoris, qui eiusmodi rebus comparatur, cupidissimi, et in rebus ad mansuetiores Musas pertinentibus, ut plurimum coecutientes et iudices inepiti. Homo *μητροχειραρχης* (*impronisatore* vocant Itali), qualis Archias erat, qui de rebus, quae tum agebantur, dicere poterat ex tempore, qui, quoties poscebat, eandem rem repetebat commutatis verbis atque sententiis, qui, simul atque aliquid geltum erat a praeclaro viro, id statim commemorabat versibus, apud Ciceronis populares maiori florent, necesse erat, gratia et laude, quam cultissimus poeta, cui benignior fluxisset vena, sed tardior, et qui alia omnia elegantissime siue Homerica dictione siue Pindarica cecinisset, sed non Romanorum laudes. Et profecto haec ipsa causa est, ut Cicero tantopere poetam laudet: sperabat enim, fore, ut, quas res in consulatu gessisset, earum per Archiam vivus frueretur gloria. Ipse enim dicit cap. 11.

Nam

Nam quas res nos in consulatu nostro vobiscum simul pro salute huius urbis atque imperii, et pro vita ciuium, pro que uersa republica gessimus, attigit hic versibus, atque inchoauit; quibus auditis, quod mihi magna res et iucunda visa est, hunc ad perficiendum hortatus sum. Quanta autem illa fuerit in eo cupiditas, ut res in consulatu gestas illustratas videret, intelligimus ex epistola ad Lucceium (ad Diu. V, 12.), ubi scribit: te plane etiam atque etiam rogo, ut et ornes ea vehementius etiam, quam sortasse sentis, et in ea leges historiae negligas; gratiamque illam, de qua juuissime quadam in prooemio scripsisti, a qua te affici non magis potuisse demonstras, quam Herculem Xenophontium illum a voluptate, ea si me tibi vehementius commenabat, ne spernere, amorige nostro plusculum etiam, quam concedat veritas, largiare. Quod a Luceo rogar, id ab Archia etiam fieri eum voluisse, in promtu est; id vero eo certius impetraturum sperauit, quo clariori ei praeiuisset exemplo, et quo arctius eum simili beneficio sibi deuinxisset.

VI.

Reliquum est, ut locis huius orationis male affectis medicinam facere studeam. Scire autem volo lectorem, textum me sequi Ernestianum, quia hic in omnium manibus est. Vbi nihil moneo, ibi nihil inueni monendum, sed in Ernestiana textus ratione acquiescendum putauit.

Cap.

Cap. II.

Apud praetorem populi Romani. Qui sit ille praetor, nemo docet interpretum. Haud dubie est C. Virgilius, Q. Ciceronis in praetura collega, quem amicitia coniunctum Marco fuisse, intelligimus ex oratione pro Plancio cap. 40. vbi ita orator: *Siciliam petui animo, quae et ipsa erat mihi, sicut domus una, coniuncta, et obtinebatur a Virgilio, quemcum me uno vel maxime quam vetusta amicitia, tum mei fratriis collegia, tum res publica sociarat.* Fuit is in prouincia in magna existimatione, vt Cicero testatur ad Q. Frat. I, 2, 2. vbi Quintum fratrem exemplum eius imitari iubet; quare iure suo h. l. dici posset *vir lectissimus*. Praeturam eius in hunc annum incidere, certum est, si Q. Ciceronis praetura ad hunc annum pertinet; id vero ita esse, novimus ex ep. ad Attic. I, 13. vbi scribit Marcus: *Asiam Quinto, suauissimo fratri, obtigisse, audisi.* Scripta enim illa epistola est Idibus Mart. M. Messala et M. Pisone Coss. Sortitio prouinciarum, quae primis anni fieri solebat diebus, ex Senatus decreto dilata erat, vt docet Cicero ep. ad Attic. I, 12. Idibus Febr. scripta: *senatus de prouinciis praetorum, et de legationibus et de ceteris rebus decernebat, vt ante, quam rogatio lata esset, ne quid ageretur.* Obstare quidem huic de praetura Q. Ciceronis et Virgilii sententiae videtur, quod Q. Cicero in Asia L. Valerio Flacco successit, qui M. Cicerone consule, h. e. an. 691. praetor fuerat (vid. Orat. pro Flac. 14. et 21.); quemque per triennium Asiam te-
nuisse

nuisse volunt. Nam Flaccus a D. Laelio de repetundis accusatus est, et a Cicerone defensus anno 695. C. Iulio Caesare et M. Calpurnio Bibulo Coss. vt e cap. 38. orationis pro eo habitae cognoscitur, vbi dicit orator: *oppressus est C. Antonius: esto; habuit quandam ille infamiam suam; neque tamen ille, pro meo iure dico, vobis iudicibus damnatus esset.* C. autem Antonium damnatum iisdem esse consulibus, quum aliunde constat, tum ex eo, quod Cicero ait (pro Domo 16.), se eum eiusdem diei hora sexta defendisse, cuius nona hora Clodius a Fonteio adoptatus esset; quod his consulibus factum esse, notum est. Colligi etiam potest annus illius defensionis ex epist. ad Attic. II, 25. quae eodem anno scripta est, vbi haec legimus: *at hercule alter tuus familiaris Hortulanus, quam plena manu, quam ingenue, quam ornate nostras laudes in astra justulit, quum de Flacci praetura, et de illo tempore Allobrogum diceret.* Hortensius scilicet cum Cicerone Flaccum defenderat. At enim hoc anno (695) prorogatio imperii in tertium annum Quinto Ciceroni in Asia decreta; vid. epist. ad Q. Frat. I, 1. Quomodo igitur conciliari inter se potest, quod Q. Cicero succedit Flacco; Flaccus autem, vt volunt Manutius, Ernestius, alii, Asiam triennium tenuit? Flaccus enim praetor fuit Romae an. 691. et Quinto Ciceroni propraetori in Asia, qui Flacco succedit, anno 695. decreta a senatu est prolongatio tertii anni; ergo hic ipse annus ei esse debebat secundus propraetoriae dignitatis; primus autem, annus 694. Quomodo inter an. 691. et 694. tres possunt
praet.

praeturae Flacci in Asia anni intercedere: nam annus 692. primus, et annus 693. secundus fuit? Nec dici potest, quod fortasse in mentem cuiquam venerit, ante annum 692. Flaccum in Asiam abiisse: etenim a. 691. IV. Non. Decemb. iussu Ciceronis Cons. Allobrogum co-mitatus in ponte Muluio deprehendit; vid. Orat. in Catil. III, 2. Sallust. B. Catil. 45. et locum Cic. ep. ad Attic. II, 25. paulo ante ad-ductum. Ergo duos tantum annos Flaccus in Asia fuit? Quid? quod ne duos quidem? Q. Cicero iam anno 693. in Asiam profectus est; quod appetat ex Marci ep. ad Attic. I, 17. Non. Decemb. Coss. Mellala et Pisone data, quam Metellus consul erat designatus. Si igitur Q. Cicero iam ultimis anni 693. mensibus in Asia Flacco succedit; Flaccus autem eodem abire ante initium anni 692. non potuit: efficitur profecto, ut L. Flaccus ultra unum an-num in Asia commoratus non sit. Atque hoc ipsum Oratione, quam Cicero pro eo habuit, confirmatur, cap. 40. *Asiaticae iurisdictioni urbana iurisdictio respondebit;* annui tem-poris criminacionem omnis aetas *L. Flacci et perpetua vita defendet.* Quum igitur doceri non possit, tres annos Flaccum in Asia praeturam gessisse, sed eorum, qui istud de-fendunt, falsa sit sententia ac plena erroris; hoc manet in certis, Q. Ciceronem praetorem fuisse anno 693. et eodem anno postremis men-sibus, non, sicut ex altera ratione sequeretur, an. 695., Flacco in Asia successisse; et, quum Virgilius collega eius fuerit, huius etiam praeturam in an. 693. incidere, hoc est, in eum annum, quo defensus est Archias.

In

In eiusmodi personae, quae, propter otium et studium, minime in iudiciis periculisque tractata est. Fortasse legendum est: iactata est. Cic. ad Qu. Fr. III, 5. forensi labore iactari. De Orat. I, 58. Nam voluntare in foro, haerere in iure ac praetorum tribunalibus, iudicia priuata magnarum rerum obire, in quibus saepe non de facto, sed de aequitate et iure certetur, iactare se in causis centumuiralibus — quum omnino, quid suum, quid alienum — ignoret, insignis impudentiae est.

Cap. III.

Nam ut primum ex pueris excessit Arachias, atque ab iis artibus, quibus aetas puerilis ad humanitatem informari solet, se ad scribendi studium contulit: primum Antiochiae (nam ibi natus est —) celeriter antecellere omnibus ingenii gloria contigit. Lege: primum ei Antiochiae — celeriter antecellere omn. ing. gloria contigit.

Erat Italia tunc plena Graec. artium ac disciplinarum: studiaque haec cet. Distinguē: Erat — disciplinarum; studiaque haec cet.

Itaque hunc et Tarentini — donarunt: et omnes cet. Distinguē: Itaque — donarunt; et omnes cet.

*Hac tanta celebritate famae quum es-
set iam absentibus notus. Ernestius scribit:
„vita-*

„visitatus foret iam absens notus. Nam absen-
tia illa non Romanis, sed Archiae conuenit,
qui absens Roma tum erat. An in terminacione
aliquid latet?“ Lectio recte se habet. Archias
nondum habebat Romae domicilium, vt absens
Roma eo, qui Ernestio placet, sensu esse pos-
set: nam Ernestius accepit vt nostrum abwe-
send. Sed est absens idem, quod remotus,
spatio loci, ac temporis interuallo disiunctus;
quo sensu in vtrumque partem adhibetur. Ci-
cero Offic. III, 33. fin. Quum vero intelle-
xero, te hoc scientiae genere gaudere,
tum et praesens tecum propediem (vt spero),
et, dum aberis, absens loquar.

*Vt domus, quae huius adolescentiae
prima fuerit, eadem esset familiarissima se-
nectuti. Reizius scribebat: vt domus — pri-
ma patuerit, eadem esset familiarissima se-
nectuti. Sed hoc ingeniosius, quam verius.
Opponitur sibi inuicem prima et familiaris-
sima; adolescentiae et senectuti. Haec op-
positio tollitur, si infertur patuerit. Hand du-
bie Cicero etiam scripsisset hoc ordine: vt,
quae prima adolescentiae eius domus pa-
tuerit, ea familiarissima esset senectuti.*

*Erat temporibus illis iucundus Q. Metel-
lo, illi Numidico, et eius Pio filio.
Scribe: Erat temporibus illis iuc. Q. Metel-
lo, illi Numidico, et Pio, eius filio; vel:
et filio eius, Pio. Totus locus sic interpun-
ctione leuandus est: Erat temporibus illis
iucundus Q. Metello, illi Numidico, et
Pio, eius filio; audiebatur a M. Aemilio;
viue-*

viuebat cum Q. Catulo, et patre et filio; a L. Crasso colebatur; Luculos vero, et Drusum, et Octauios, et Catonem, et totam Hortensiorum domum deuinctam consuetudine quum teneret, afficiebatur summo honore: quod eum cet.

Cap. IV.

Quum esset cum L. Luculla in Siciliam proiectus. Lege: in Ciliciam proiectus. Vid. supra Sect. III.

Adscribi se in eam ciuitatem voluit: idque, quum ipse per se dignus putaretur, cet. Interpunge totum locum: Quae quum esset ciuitas aequissimo iure ac foedere: adscribi se in eam ciuitatem voluit; idque, quum ipse per se dignus putaretur, cet.

Quid enim horum infirmari, Grati, potest? Haud dubie legendum: Gracche. Vid. supra sect. IV.

Qui hunc (adscriptum) Heracleensem dicunt. Lambinus corrigebat: qui hunc adscriptum Heracleae esse dicunt. Ernestio hoc videtur habere aliquid duri. Putat adscriptum esse a glossatore, repetitum e lege: qui f. c. adscripti essent. Sic infra cap. seq. semper se Heracleensem esse voluit. Vncis itaque adscriptum inclusit. Mihi aliter sanandus locus videtur. Delendum est Heracleensem: nam glossema est. Ad adscriptum repetendum est animo ex praecedentibus Heracleae; et totus locus sic adiuuandus interpunctione: Heracleae ne esse tum adscriptum ne-

Tom. II.

G

gabis?

gabis? Adeſt vir ſumma auctoritate, et religione, et fide, L. Lucullus, qui ſe non opinari, ſed ſcire: non audiuiſſe, ſed vi- diſſe; non interuiſſe, ſed egiſſe dicit; adſunt Heracleenes legati, nobiliffimi homi- nes; huius iudicij cauſa cum mandatis, et cum publico teſtimonio venerunt; qui hunc adſcriptum dicunt. Cur Ernestius pro L. Lu- cullus ediderit, M. Lucullus, nihil monito lectore, neſcio: nam pleraque editiones, vel vilillimiae, habent, quod habere debent, L. Lucullus.

Eſt ridiculum, ad ea, cet. Hic locus ita diſtinguendus eſt: Eſt ridiculum, ad ea quae habemus nihil dicere, quaerere, quae habere non poſſimus; et de hominum memoria tacere, literarum memoriam fla- gitare; et, quum habeas ampliſſimi vi- ri religionem, integerrimi municipii iuriandum fidemque, ea, quae deprauari nullo modo poſſunt, repudiare, tabulas, quas idem dicis ſolere corrumpi, deſiderare.

At domicilium in Italia non habuit is, qui tot annis ante ciuitatem datam, ſedem omnium rerum ac fortunarum ſuarum Romae collocauit. Recte reposuit Ernestius cum Lambino in Italia non habuit pro Romae non habuit. Peggime autem hanc perio- dum pro reſponſione per interrogatōnem fa- cta, non pro obiectione, ut Lambino viſum, habuit. Locus ita interpuṇgēndus. At do- micilium in Italia non habuit. Is, qui tot annis ante ciuitatem datam ſedem omni- um rerum ac fortunarum ſuarum Romiae collocauit? At non eſt professus. Immo vero

verò iis tabulis professus, quae solae ex illa professione, collegioque praetorum obtinent publicarum tabularum auctoritatem. Sic habemus duas obiectiones, et duas ad illas responsiones.

Cap. V.

Pessime sunt h. l. Capita distincta. Caput IV. continuandum vsque ad verba: *His igitur tabulis nullam lituram in nomen A. Licinii videtis.*

Etenim quum mediocribus multis, et aut nulla, aut humili aliqua arte praeditis, gratuito ciuitatem in Graecia homines impertiebantur, cet. Passeratius, ut argumentatio procedat, non magnam Graeciam vult intelli, sed Graeciam propriam. Male. Melius Ernestius scribit: „Argumentatus a toto ad partes, nempe ad eas ciuitates, quae Archiam ciuem suum fecerant. Quum tam faciles essent ciuitates Graeciae magnae omnes in ciuitate tribuenda etiam leuibus hominibus, Reginos etc. difficiles in Archia fuisse non est credibile.“ Nondum tamen difficultates omnes remotae sunt. Habet semper nescio quid inconcinni oratio in verbis: *quod scenicis artificibus largiri solebant.* Ferri posset, si legeretur: *quod illis largiri solebant, intell. mediocribus et aut nulla aut humili arte praeditis.* Mitigatur tamen orationis durities, si quum accipitur, sicut debet, pro temporis particula, non causae; respondet nostro während dass, zu einer Zeit, als; et si ad verba, *quod scenicis artificibus, suppletur cogitatione*

tione verbi *causa*, quasi sit: *quod verbi causa* *scenicis artificibus largiri solebant*. Necio, an tanti sit commemorare, in mentem mihi aliquando venisse: *quod semissis artificibus largiri solebant*. Sicut Vatinius in Cic. ep. ad Diu. V, 10. dicit: *non semissis homo*; et Iuuenalis Sat. V, 76. *hic Dama est non tressis agaso*; ita putabam Cicerone dicere potuisse *semissis artifices* pro vilibus, et humilibus, qui opponerentur Archiae summa inge-
nii gloria praedito.

Census nostros requiris scilicet; est enim obscurum cet. Hic locus ita distinctione sustentandus. *Census nostros requiris. Scilicet: est enim obscurum, proximis censoribus hunc cum clarissimo imperatore, L. Lucullo, apud exercitum suisse; superioribus cum eodem quaestore suisse in Asia; primis, Iulio et Crasso, nullam populi partem esse censam.*

Sed, quoniam *census* non *ius civitatis* confirmat, ac tantummodo indicat, eum, qui sit *census*, ita se iam tum gessisse pro ciue: *iis temporibus, quae tu criminaris, ne ipsius quidem iudicio eum in ciuium Romanorum iure esse versatum.* Et testamen-
tum saepe fecit nostris legibus, et adiit hereditates ciuium Romanorum, et in beneficiis ad aerarium delatus est a *L. Lucullo* praetore et consule. Ernestius scribit ad hunc locum, quem non intellexisse eum, membrorum disiunctio, qua eum exhibuit, docet: „E criminaris intelligendum, dicendo, cum dicis, vel simile quid, vnde pendeant sequen-
tia.

tiā. Non male tamen Graeuius corrigit *queis*.“ Importunum illud *queis*, quod Graeuius re-
poluit, quomodo placere potuerit viris doctis,
equidem non magis intelligo, quam, quomo-
do Ernestius, et alii editores ante eum post
esse versatum maiorem distinctionem ponere
fustinuerint, quum nec sensus absolutus sit, et
illud *quoniam* in protasi requirat apodosin.
Tolerabilius certe foret, si ita scripissent: *Sed,*
quoniam *census* *non ius ciuitatis confirmat,*
ac tantummodo indicat, eum, qui fit cen-
sus, ita se iam tum gessisse pro ciue: iis
temporibus, qui tu criminaris, ne ipsius
quidem iudicio eum in ciuium Romanorum
iure esse versatum? Et testamentum saepe fe-
cit nostris legibus, et adiit hereditates ciuium
Romanorum etc. Qui tu criminaris est quo-
modo, quo pacto, criminaris hoc ordine:
quo pacto tu criminaris *iis temporibus ne*
ipsius quidem iudicio eum in ciuium Roma-
norum iure esse versatum? Etenim et testa-
mentum saepe fecit, cet. Fortasse est, cui
se commendet haec correctio. Mihi tamen
minus etiam probatur, quam alia, quae mihi
aliquando in mente venit, quamque deinde
in editione orat. select. ad Gruteri exemplar
expressarum occupatam deprehendi: *iis tem-*
poribus, quem tu criminaris ne ipsius qui-
dem iudicio in ciuium Romanorum iure esse
versatum, et testamentum saepe fecit cet.
Sed habet dicta editio post *versatum* colon.
Male! Causa, cur neutra harum correctionum
mihi probetur, est, quod *iis temporibus* desi-
derat relativum cum definitione temporum;
alioquin non appareret, quae essent tempora
intelli-

intelligenda. Audacius etiam est *eum expungere post ne ipsius quidem iudicio; quamquam hoc posset retineri, et scribi: quem tu criminaris, ne ipsius quidem iudicio eum in ciuium Romanorum iure esse versatum.* Ita Cicero Off. III, 20. *C. Marius — Q. Metellum, cuius legatus erat, summum virum, et ciuem, quum ab eo, imperatore suo, Roman missus esset, apud populum Romanum criminatus est, bellum illum ducere.* Locus, si intelligi debet, ita est scribendus: *Sed quoniam census non ius ciuitatis confirmat, ac tantummodo indicat, eum, qui sit census, ita se iam tum gessisse pro ciue: iis temporibus, quae tu criminaris ne ipsius quidem iudicio eum in ciuium Romanorum iure esse versatum, et testamentum saepe fecit nostris legibus, et adiit hereditates ciuium Romanorum, et in beneficiis ad ararium delatur est a L. Lucullo praetore et consule.* Sic habet periodus protasis, et apodosis. Census indicat, eum, qui sit census, se gessisse pro ciue; hoc in protasi; in apodosi commemorantur actionum specimina, quae vices census suppleant, et item doceant, eum, qui illa ediderit, se gessisse pro ciue. *Iis temporibus, quae tu criminaris h. l. per quae criminando dicis eum ne ipsius quidem iudicio in ciuium Romanorum iure esse versatum.* Accusatuum a verbis requiri, quae durationem includant, monere superfluum esset, nisi parum memores huiusc rei deprehenderentur ad h. l. Ernestius et Graevius. *Criminari cum infinituo et alibi adhibuit Cicero,*

v. G.

v. c. pro Rosc. Amer. 15. quod beniuolentia fit, id odio factum criminaris. Iis temporibus dixit orator, non, eo tempore, quia intelligit tria illa diuersa et separata temporis spatia, quibus censeri debuisset Archias. Pro ne ipsis quidem iudicio, scribo, ne ipsis quidem iudicio. Iudicium hic locum non habet: nam iudicium proprium, h. e. verbis expressum, intelligi nequit; quum incredibile sit, Archiam ipsum in ea verfatum opinione, ut putaret, se non esse ciuem; nec magis cogitari potest de iudicio symbolico, h. e. agendi ratione expresso, quum de damnatione potius, quam de absolutione ac conseruatione illud adhiberi soleat, quod h. l. regulae grammaticae respuunt; dicendum videlicet fuisset: *quae in criminariis ipsis iudicio non esse eum in ciuium Romanorum iure versatum.* Senlus futurus fuisset: *quae (h. e. per quae) tu criminariis eum ita se gessisse, ut facile posset perspici, eum in ciuium numero non esse.* Ita in Orat. in Pison. 40. *Ad horum omnium iudicia tot ac tanta domesticum iudicium accessit sententiae damnationistuae: occultus aduentus, furtiuum iter per Italianam, introitus in urbem desertus ab amicis, nullae ad senatum e provincia literae, nulla ex trini aestiuis gratulatio, nulla triumphi mentio; non modo quid gesseris, sed ne quibus in locis quidem fueris, dicere audes.* Ex illo fonte et seminario triumphorum quum arida folia laureae retulisses, quum ea abiecta ad portam reliquisti, tum tu ipse de te fecisse videri pronunciasti.

eiasti. Ex hoc loco intelligitur, *iudicium debere hinc abesse; intrare autem indicium.* Ne *ipius quidem indicio valet, Archiam ne ipsum quidem afferre posse argumentum,* quo probetur, *eum illis temporibus fuisse ciuem.* Pro *L. Lucullo praetore et consule* vult Graeuius: *L. Luc. praetore et proconsule;* quam correctionem Ernestius appellat verissimam. Ego vanam appello. Quidni etiam *propraetore* scripsit. At *praetor* dicebatur saepius, qui prouinciae sive pro consule *praerat*, sive pro *praetore*; vid. Manut. ad Cic. ep. ad Div. I, 1. p. 12. a. et II, 17. p. 205. a. ed. Richt. Eodem vero modo *Consul pro Proconsul* reperitur; *praesertim si Proconsul fuerit antea Consul.* Sie Ap. Claudius Pulcher Consul erat cum Q. Fulvio Flacco A. V. 642. (vid. Liu. XXV, 3.) et Proconsul in Campania cum eodem an. 643. quod clare intelligitur ex Liu. XXVI, 1. *Q. Fulvio, Ap. Claudio prioris anni consulibus prorogatum imperium est.* Sed Lib. XXVI, 33. dicitur: *post captam Capuam Consul mortuus.* Eodem cap. dicit M. Attilius Regulus: *In consilio arbitror me fuisse consulibus, Capua capta.* Sed cuperunt Capuam iudem Proconsules Q. Fulvius, et App. Claudius (vid. Liu. XXVI, 12 — 16.) quorum alter, Fulvius, saepius etiam dicitur *Proconsul*, v. c. Liu. XXVI, 8. 33. Apud Cicer. Offic. III, 26. legimus: *M. Attilius Regulus, quum Consul iterum in Africa ex insidiis captus esset duce Xanthippo.* Sed hoc non potuit fieri, quum *consul esset, sed quum esset imperium ei prorogatum,*

gatum; quod factum esse, docet Valerius Max. IV, 4, 6. scripsit etiam Liuius, ut ex epitome Lib. XVIII, cognoscitur. Addo tertium exemplum, quia magnam habet cum nostro loco similitudinem. Velleius Paterc. I, 9. *Tum senatus populusque Romanus L. Aemilium Paulum, qui et praetor et consul triumphauerat, virum in tantum laudandum, in quantum intelligi virtus potest, consulem creavit.* L. Aemilius Paulus Praetor fuit an. 562, et fortius est Hispaniam (v. Liu. XXXVI, 2.); factus est a. 563. proconsul (v. Liu. XXXVII, 46.), quo anno rem haud prospere gessit; prolongato deinde imperio an. 564. Lusitanos fundit. Caela sunt decem et octo millia armatorum; tria millia trecenti capti, et castra expugnata (vid. Liu. XXXVII, 57.). Hoc anno successit ei *propraetor* P. Iunius (v. Liu. I. c.); ipsi supplicationes decretae; vid. Liu. XXXVII, 58. Has supplicationes vocat Velleius Pat. I. laud. *triumphum.* Fuerunt autem tum, quum ei bis post praeturam prorogatum erat imperium. Eodem modo se res habet, vbi idem consul triumphasse dicitur. Consul creatus est, quum saepius repulsam tulisset (v. Liu. XXXIX, 32.), anno 571. et init Consulatum an. 572. Proconsul triumphauit ex Liguribus Ingaunis an. 573. teste Liuio XXXX, 34. vbi scribit: *Per eosdem dies, quibus hae aedes dedicatae sunt, L. Aemilius Paulus proconsul ex Liguribus Ingaunis triumphauit.* Sicut igitur Velleius Paterc. de L. Aem. Paulo dixit, propraetore et proconsule: *qui et praetor et consul triumphauerat;* ita Ciceroni h. I. de

L. Lu-

**L. Lucullo, propraetore et proconsule placuit:
ad aerarium delatus est a L. Lucullo praetore et consule.**

*Nunquam enim hic neque suo, neque
amicorum iudicio reuinetur. Lege. neque
suo neque amicorum indicio reuinetur.*

Cap. VI.

*Vt ab nullius vñquam me tempore aut
commodo, aut otium meum abstraxerit,
aut voluptas auocarit cet. Lege: vt ab nul-
lius vñquam me tempore aut comodum
aut otium meum abstraxerit, aut voluptas
auocarit, aut denique somnus retardarit.
Quod Ernestius scribit, Graeuium, qui com-
modum reuocauit, reprehendens, singulis sub-
stantiis in nominatio positis addita sua esse
verba, otium abstraxerit, voluptas auoca-
rit cet. quare, si Cicero dixisset, aut com-
modum, haud dubie etiam verbum additur
fuisset; id speciosius dictum est, quam grauius.
Verbum abstraxerit pertinet ad vtrumque ad
comodum et otium; haec duo substantia
quasi in vnum coalescunt pronomine *meum*,
et sic plus vnum verbum non desiderant.*

*Ex his studiis haec quoque censetur ora-
tio et facultas. Ernestius scribit: „Oratio et
facultas est pro facultas orationis. In horum
studiorum parte est eloquentia.“ Si hoc ve-
rum esset, praferendum esset crescit pro cen-
setur, quod pleraque editiones habent. Sed
est*

est censere ex his studiis idem, quod ab his studiis aestimare, h. e. praefantiam facultatis dicendi, quae in Cicerone erat, ex humanitatis studiis repetere. Nec enim in vniuersum intelligit eloquentiam, sed suam facultatem orationis, quum dicat: *haec oratio et facultas.* Ita cap. 1. *Quod si haec vox, huius hortatu praeceptisque conformata, nonnullis aliquando saluti fuit.*

Quae quantacunque in me, nunquam amicorum periculis defuit. Ernæsius excidisse putat est vel ante in me, vel post. Non solet sane Cicero est omittere. Ita de Orat. I, 30. *sed de hac mea, quantulacunque est, facultate quaeritis.* At alii boni scriptores omitunt. Luius XXX, 10. *quod inter ad fidias clades et lacrimas unum quantumcunque ex insperato gaudium adfusserat.* XXXII, 5. *Ibi ceteri quidem, data quantacunque quiete temporis, simul animos corporaque remiserant.* Itaque non vereor, ne quid h. l. mutandum sit; praesertim, quum qualiscunque, quod Cicero semper eodem modo verbo est interponit, semel cum nomine connexum deprehendam, ep. ad Diuers. IV, 8. *Sin qualemcunque locum (sequimur), quae est domestica sede (sedes?) iucundior?* Interim malim nostrum locum sic distinctum legere: *quae, quantacunque in me, nunquam amicorum periculis defuit.* In aliis editionibus illud est adiectum est; vnde habent nescio.

Quae

*Quae si cui leuior videtur: cet. Illud quae quod in Ernestiana ed. minuscula litera scriptum, maiuscula scribendum est; refertur enim ad remotius *haec oratio et facultas*. Sensus est: *si quis rem leuem putat, dicere posse de rebus comte et ornate, voce suaua atque iucunda, oratione terfa atque elegante, ei sciendum est ex iisdem humanitatis studiis etiam alia posse acquiri, quibus et homo bonus, et ciuis bonus censendus est.**

Cap. VII.

Atque idem ego contendeo, quum ad naturam eximiam cet. Melius esset, si pro atque legeretur, atqui vel at. Ita Or. in Capil. III, 2. Atque ego, vt vidi, quos maximo furore et scelere esse inflammatos sciebam, eos nobiscum esse, et Romae remansisse. Vbi Graeuius in Ms. reperit At; quod probat Ernestius. Per compendium scribendi utriusque particulae facilis fuit permutatio.

Nam ceterae neque temporum sunt, neque aetatum omnium. Ne cui in mentem veniat scribere, Nam cetera, vt ad studia referatur. Ad ceterae ex praecedentibus intelligendae animi aduersiones, quae idem sunt, quod studia. Hinc etiam appareat, verissimum esse, quod praecedit animi aduersiōnem, et reiciendum esse, quod nonnullis blanditur, animi remissionem.

Haec

Haec studia adolescentiam agunt.
Haec studia, scil. studia humanitatis, opponuntur ceteris animi aduersioribus, h. e. ceteris studiis. *agunt* habent omnes Mss. et edd. principes. P. Victorius, teste Ernestio, primus edidit *alunt*. Ernestius, qui in nota dicit, vulgo *agunt* non bene explicari, in Clave Cic. explicat: *subigunt, accuunt ingenium adolescentium; quod et alere dicitur; unde eodem sensu legitur in edd. nonnullis alunt.* Num haec melior sit explicatio, alii diuident. Si *alere* eodem sensu dicitur, quidni *alunt* scribitur, quod facilius est. Dubito autem, *agere* adhibitum alicubi esse pro *acuere, subigere.* *Agere adolescentiam* est in *actione ponere, occupare, ad agendum excitare, exercere (beschäftigen);* haec adolescentiae *occupatio* opponitur oblectationi senectutis, sicut ornamento rerum secundarum persugium et solatium in aduersis opponitur. Saepius hoc sensu occurrit *agitare.* Luius XXII, 13, *constantiam* *haud dum expertus, agitare ac tentare* animum mouendo crebro castra, populandoque in oculis eius agros socrorum coepit. Illustrat nostrum locum Seneca ep. 108. p. m. 765. *quia iuuenes possimus discere, possimus facilem animum, et adhuc tractabilem, ad meliora conuertere; quia hoc tempus idoneum est laboribus, idoneum agitandis per studia ingenii, et exercendis per opera corporibus.*

Cap.

Cap. VIII.

Ergo ille corporis motu tantum amorem sibi conciliarat a nobis omnibus: nos animorum incredibiles motus celeritatemque ingeniorum negligemus? Non male vult Ernestius pro nos scribi: *hos animorum incredibiles motus cet.* Non solum conformare voluerunt librarii hoc superiori *ille corporis motu cet.* vt Ernestius monet, sed impelli potuerunt iis orationis conuersationibus, quae pauclo post occurrunt: *nos instituti rebus optimis non poetarum voce moueamur?* et: *nos hunc viuum, qui et voluntate et legibus nostrarum est, repudiabimus?* Mallem tamen scribere: *num animorum incredibiles motus celeritatemque ingeniorum negligemus?* Nam *hos non habet*, ad quod commode referatur; et, si quis putet ad sequentia, quae de Archia dicuntur, trahi oportere, id propter pluralitatem in verbis *animorum incredibiles motus* non potest fieri; esse deberet, *animi incredibilem motum*, vel certe, *animi incredibiles motus*.

Atqui sic a summis hominibus eruditissimisque accepimus cet. Lege: atque sic a. s. h. eruditissimisque accepimus.

Cap. IX.

Ergo illi alienum, quia poeta fuit, post mortem etiam expetunt; nos hunc viuum, qui et voluntate et legibus nostrarum est.
repur

repudiabimus? Scribe: *repudiamus*, quod Graeuius e Mss. et edd. ll. Med. reposuit. Ernestius quidem non sensit τὸ ἐμφατικώτερον; at sentiet, qui ad verba, quae praecedunt; *post mortem etiam expetunt*, attenderit.

Carus fuit Africano superiori noster Ennius. itaque etiam in sepulchro Scipionum putatur is esse constitutus e marmore. At iis laudibus certe non solum ipsi, qui laudantur, sed etiam populi Romani nomen ornatur. Non Manutius fuit, qui ex vitiola codicum lectione, *e marmoratis laudibus* resfingeret: *e marmore. at iis laudibus*, vt dicit Ernestius, sed, vt Manutius in Commentario ad h. l. ipse monet, Honoratus Fascitellius, puero adhuc Manutio. Sanatus quidem locus, sed non perlanatus. Ernestius scribit: „Ceterum non frustra, vt opinor, suspicatus est Guilielmus, hic aliquid excidisse. Nam in his *Carus fuit — — e marmore*, nihil est, cui respondeant sequentia: *at iis laudibus*; nam de iis nil est in istis. Eo etiam sc. quae exciderunt, referendum illud, qui haec fecerat: nam ea hic non memorata sunt.“ Ne super t amplius suspicio, hic aliquid excidisse: scribe: *itaque etiam in sepulchro Scipionum putatur is esse constitutus e marmore.* At eius laudibus certe non solum ipsi, qui laudantur, sed etiam populi Romani nomen ornatur. Confusio verborum eius et eis et iis facilis ex compendio scripturae fuit. Verba, qui haec fecerat, quae quo referri debeant, non videt Ernestius, nunc plana

plana sunt; intelligenda sunt de laudibus, quas Ennius praedicarat, scil. Scipionis, Catonis, Maximorum, Marcellorum, Fuluiorum. *Facere* ap. Latinos, vt ap. Graecos *ποιεῖν*, de poeta absolute dicitur.

Cap. X.

Itaque, credo, si ciuis Romanus Archias legibus non esset, vt ab aliquo imperatore ciuitate donaretur, perficere non potuit. Ne quis Ernestum sequatur, scribendumque existimet: perficere non potuisset: sciendum est, Latinos scriptores non raro se qui Graecam consuetudinem, et in re praeterita conditionem sequente, indicatiui tempora adhibere, praesens praeteritum, perfectum praeteritum, aoristum. Cicero ad Diuers. I, 7. Poterat vitrumque praeclare, si esset fides, si grauitas in hominibus consularibus. De Orat. III, 5. Ego vero te, Crasse, cum vitae flore, tum mortis opportunitate, diuino consilio et ortum et extinctum esse arbitror. nam tibi aut pro virtute animi constantiaque tua, ciuilis ferri subeunda fuit necessitas, aut, si qua te fortuna ab atrocitate mortis vindicasset, eudem esse te funerum patriae spectatorem egisset; neque solum tibi improborum dominatus, sed etiam propter admisiam ciuium caedem, bonorum victoria moerori suisset. Nihil igitur in nostro loco mutandum. Includit indicatiuum tempus certitudinem; quae hic emaiorem vim habet, quod ironie omnia dicta

cta sunt. Ernestius ea de causa in hoc tempore offendit, quod illud pro praesente perfecto habuit; quod si esset, omnino esset scriendum potuisset.

Cap. XI.

Ipsi illi philosophi, etiam illis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt. Ernestius notat: „Forte melius etiam iis libellis; certe hoc accuratius est et suauius, quam illi mox praecesserit.“ Mirum; quasi non praecipua aliqua vis sit in eiusmodi repetitionibus. Cap. 1. *Quod si haec vox, huius hortatu praeceptisque conformata.* Cap. 2. *vt in hac causa mihi detis hanc veniam, accommodatam huic rei.* Ceterum legendum: *Ipsi illi philosophi, etiam in illis libellis cet.* Cic. Tuscul. I, 15. *Quid nostri philosophi? nonne in his ipsis librī, quos scribunt de contemnenda gloria, sua nomina inscribunt?*

Nunc insidet quaedam in optimo quoque virtus, quae noctes et dies animum gloriae stimulis concidat, atque admonet, non cum vitae tempore esse dimittendam commemorationem nominis nostri, sed cum omni posteritate adaequandam. Lege cum Lambino et Manutio: *non cum vitae tempore esse dimetiendam commemorationem nominis nostri.* Cicero Tuscul. I, 15. *Quid in hac rep. tot tantosque viros, ob rempubl. inter-*

Tom. II.

H

ter-

*terfectos, cogitasse arbitramur? iisdemne
vt finibus nomen suum, quibus vita, termi-
naretur? Cato Mai. 23. An censes, me tan-
tos labores diurnos nocturnosque, domi mi-
litiaeque susceptum fuisse, si iisdem fini-
bus gloriam meam, quibus vitam, esse
terminaturus.*

Cap. XII.

*An vero tam parui animi videamus esse
omnes, qui in republica, atque in his vitae
periculis laboribusque versamur, vt, quum
vsque ad extremum spatium, nullum tran-
quillum atque otiosum spiritum duxerimus,
nobiscum simul moritura omnia arbitremur?
Ernestius scribit: „Saepe inclinaui ad corrigen-
dum videmur esse, i. e. fumus. Mox series
sententiae videtur requirere, nobiscum simul
omnia mori velimus. Is effet vere parvus
animus, qui nullum gloriae sensum haberet.
Philosophi contra non secum omnia sua mori,
sed nomen suum et famam conseruari volunt.“
Prodidit Ernestius, se vim loci non perspexisse.
Lectio eius falsa est, ac ne iota quidem mutari debet. *An tam parui animi videamus
esse significat, an placet nobis animo esse
tam paucis contento; verba deinde vt,
quum vsq. ad extr. spat. cet. hoc ordiné sunt
struenda: vt arbitremur, omnia nobiscum
simul moritura esse, quum vsque ad extre-
num spatium nullum tranquillum atque
otiosum spiritum duxerimus. Multum inter-
est, vtrum arbitremur post positionem illam:
quum**

*quum usque ad extr. sp. null. tranq. atq.
otios. spiritum duxerimus, an ante eam co-
gitetur. Sensus nunc existit clarus et diluci-
dus; an tam paruo animo et tam paucis
contento esse nobis placet, ut in ea acquies-
camur opinione, nos, qui omnia pertuleri-
mus, labores, molestias, pericula, qui ad
extremum vitae spatium nullum tranquillum
atque otiosum spiritum duxerimus, nihil
manere praemii, quam mortem, et omni-
um, quae preclarare gesserimus, perpetuam
oblivisionem?*


*An, quum statuas et imagines, non
animorum simulacra, sed corporum, stu-
diose multi summi homines reliquerint, con-
siliorum relinquere ac virtutum nostrarum
effigiem non multo malle debemus, sum-
mis ingenii expressam et politam? Pro non
multo malle ed. pr. et Mss. nonne multo
malle. Sed quum iam praecedat *an*, intol-
erable visum nonne Ernestio et aliis ante
eum, qui reposuerunt: non multo malle.
Ego vero nonne a Cicerone esse arbitror; ne
autem turbet orationem, *An* ab initio mutan-
dum videtur in *Ac.**

*Hominem pudore eo, quem amicorum
videtis comprobari tum dignitate, tum
etiam vetustate. Recte recipit Ernestius ve-
tustate, quod libri quidam habent, et quod
iam Scaliger et Muretus defenderunt, pro
vulgata lectione satis inepta, *venustate*. Mi-
ror tamen yirum doctissimum in hac lectione*

H 2

non


non acquiescere, et suspicari, aliud verbum latere, quod *vetustas* commemorari ad tales commendationem non soleret. Immo h. l. vetustatem commemorari necesse erat: nam cap. 3. dicit orator: *sed etiam hoc non solum ingenii ac literarum, verum etiam naturae atque virtutis, ut domus, quae huic adolescentiae prima fuerit, eadem esset familiarissima senectuti.* Non solum poeta bonus, sed etiam homo bonus erat Archias, quod amicorum doceri poterat tum dignitate, tum vetustate.



Ca2045



AC





CAROLI DAVIDIS ILGENII

PHILOS. ET LL. OO. PROF. IN ACADE. IEN. P. O. ET
SOCIET. LAT. IEN. SOD. HON.

OPUSCULA

VARIA

PHILOLOGICA

TOMI SECUNDI

PARS PRIOR.

ERFORDIAE

A F U D G U I L . H E N N I N G S .

1797.